ὁ κάστωρ τοίνυν συνιδὼν τῆς μάχης τὴν αἰτίαν,
καὶ κατιδὼν ὡς ἄφυκτοι τῶν θηρατῶν αἱ πάγαι,
τοὺς σπερμογόνους ἐνδακὼν καὶ παιδουργοὺς κυλίνδρους
χαρίζεται τοῖς θέλουσιν, ὁ δ' ἀποτρέχει φεύγων,
κἀντεῦθεν πάντα περιττά, καὶ δρόμοι καὶ διώξεις,
καὶ τῶν δικτύων αἱ πλοκαὶ καὶ τῶν κυνῶν τὸ τάχος.
οὕτως ἑκὼν καὶ Μιχαὴλ παραχωρεῖ τοῦ στέφους
τῷ θηροτρόπῳ Λέοντι, τῷ δυσωνυμουμένῳ,
ὃς ἦν βλαστὸς κακόβλαστος ἐξ ὅρων Ἀρμενίων.
πάλιν ἀνέζησε πικρὰ ῥίζα τῆς πρὶν ἀκάνθης, B
πάλιν ἐξήνεγκε βλαστοὺς τῶν πρὶν κεντρωδεστέρους
καὶ τὸ χρυσοῦν γεώργιον ἠπείλησε συμπνῖξαι,
καὶ πάλιν τὸ τοῦ δράκοντος οὐραῖον ἐκινήθη.
ἡ βδελυρότης δή φημι τῆς εἰκονομαχίας
ὡς δράκων μέγας εἵρπυσε φρικώδης χασματίας,
ἐρροίζησε καταπιεῖν πάλιν τὴν ἐκκλησίαν
ὡς ὀρτυλίχους νεοσσοὺς στρουθίον μικροπτέρου.

4642 ζωϋγρίων R 4643 χέρσυγρον A 4645 οἰκτρῶν] τινῶν A 4646 ἰδόντες A 4655 κράτους A 4659 καρπὸν τῶν πρὶν κεντρωδεστέρων R 4665 σμικροτέρου M

aliter sese gerens atque castor sive fiber facere consuevit. legimus enim in priscis illis monumentis eorum qui de animalibus scripsere, fibrum animal esse quod in utroque vivat elemento, et testes habeat arcendis quibusdam morbis sane gravibus conducibiles. quod cum plerique venatores norint, animal canibus longe velocissimis insectantur. huius pugnae causam cum ipse fiber etiam cognitam habeat, perhibent eum morsu resectos testes abiicere atque ita currentem saluti suae consulere; quo facto venatores feram persequi desinant. sic nimirum Michaelus quoque volens imperium resignavit Leoni, belluinis moribus et indole ferina praedito, qui oriundus erat ex Armenia. tum vero rursum enasci prioris spinae radix acerba, rursum germina proferre, magis pungentia quam priora, aureaeque segeti suffocationem minitari: rursum moveri draconis illa cauda, imaginum inquam oppugnationis abominatio, quae iam instar magni horribilis hiantisque draconis serpebat et cum sibilo stridebat, devoratura rursus ecclesiam velut implumes exiguis alis praeditos

αἱ τῶν ἁγίων καὶ Χριστοῦ μορφώσεις ἠσβολοῦντο,
τιτάνῳ κατεχρίοντο, πυρὶ κατεμπιμπρῶντο,
ἀνηρευνῶντο σπήλαια, καταγωγαὶ σεμνείων
καὶ φροντιστήρια ψυχῶν αἳ κατ' ἀγγέλους ἔζων,
καὶ πᾶς ἠλαύνετο σεπτῶν προσκυνητὴς εἰκόνων.
C ἐπένθει τότε καὶ Σιὼν ἡ τοῦ θεοῦ θυγάτηρ,
καὶ δάκρυον σταλάττουσα πένθους ἐφόρει σάκκον,
ἀντὶ στολῆς δὲ νυμφικῆς χηρείας χιτωνίσκον.
ἐπένθει τότε καὶ χορὸς ἀστέρων οὐρανίων,
καὶ πρὸς τὴν γῆν ἠντράνιζεν ἐν σκοτεινοῖς βλεφάροις.
Οὗτος τὸ γένος Μιχαὴλ φιλονεικῶν ἐκτρῖψαι
τὰ παιδογόνα τοῦ παιδὸς ἐξέτεμε Νικήτα,
μή πως τεκνώσειέ ποτε καὶ τοῦτον ἀμυνεῖται.
ὁ τοίνυν παῖς τοῦ Μιχαὴλ τομίας χρηματίσας
εἰς ὕστερον ἀρχιερεὺς Ῥώμης τῆς νέας ὤφθη,
μετακληθεὶς Ἰγνάτιος ἐν μεταθέσει βίου.
Οὗτος ὁ θὴρ ὁ χαλεπός, ὁ βρυχητίας λέων,
D ἀναπολῶν καθ' ἑαυτὸν τὰς ἱερὰς προρρήσεις
τοῦ θαυμασίου γέροντος, τοῦ χρυσοπτέρου κύκνου,
καὶ δεδιὼς τὸν Μιχαὴλ ὃς ἦν ἐξ Ἀμορίου,
μὴ πρὸς αὐτὸν ὁ κύλινδρος τοῦ κράτους μεταπέσῃ,
δεσμώτην ἐγκαθείργνυσι φρουρᾷ λαβυρινθώδει,
καὶ κατὰ νοῦν ἐσκέπτετο πῶς ἀναλώσει τοῦτον.

4670 σεμνῶν R 4675 ἠντράνησεν M 4680 ἐς R, ὃς M

passeris pullos. Christi et divorum imagines in favillas redigebantur, calce viva perungebantur, igne concremabantur. speluncae perquirebantur, itemque sacrarum aedium hospitia, loca exercitationibus animorum dicata, qui quoquo modo vitam angelicam redolebant. adoratores venerandarum imaginum expellebantur. lugebat hoc tempore Sion, Christi filia, lacrimasque profundens saccum lugubrem gestabat. lugebat hoc tempore siderum caelestium coetus, et tenebricosis palpebris terram aspiciebat.

Ut autem imperator Leo praeter caetera genus etiam Michaeli extingueret, Nicetae Michaeli filio membra destinata procreationi exsecuit, ne liberos gigneret, qui paternam et avitam iniuriam ulciscerentur. hic Michaeli filius, quem castratum fuisse diximus, deinceps novae Romae pontifex factus est, cum vitae genere mutato etiam nomine prisco et Ignatii assumpto.

Secundum haec crudelis ille rugiensque leo, sacras secum ipse praedictiones expendens illius senis admirandi et cygno consimilis, simulque formidans Michaelum oriundum ex Amorio, ne ad ipsum forte imperii rota devolveretur, hominem vinctum in carcerem labyrintho non absimi-

ἀλλ' ἀσθενὴς πᾶς ἄνθρωπος πρὸς τὰς θεοῦ παλάμας·
ἀλλὰ γὰρ μικροδύναμος ἰσχὺς τοῖς γηγενέσιν,
ὁ δὲ θεὸς μεγασθενὴς καὶ μεγαλοβραχίων,
καὶ τίς ἀντιπαλαίσειεν αὐτοῦ τῇ δυναστείᾳ;
ὁ Μιχαὴλ δὲ πεποιθὼς τοῖς θεσπιῳδηθεῖσι
τῷ καλλιγλώττῳ γέροντι, τῷ προφητικωτάτῳ,
ἀνακαλύπτει φανεροῖ γυμνοῖ τὸ κεκρυμμένον. P 96
πρὸς τὸν τῶν οἴκων φύλακα τὸν ἐν τοῖς ἀνακτόροις
(παπίαν λέγομεν αὐτὸν κατὰ Ῥωμαίων γλῶσσαν),
καὶ σὺν αὐτῷ καὶ δι' αὐτοῦ τὸ δρᾶμα συσκευάζει
καὶ σκύφον τῆς ἐπιβουλῆς ἀρτύει τῷ κρατοῦντι.
καὶ τοίνυν συνεισάγουσι νύκτωρ τοῖς ψαλτῳδοῦσι
θωρακοφόρους αἰχμητὰς ἄνδρας ῥομφαιοφόρους,
οἳ συμπεσόντες τῷ θηρὶ τῷ παλαμναιοτάτῳ
τελοῦντι τὸ λειτούργημα τῶν ὑπορθρίων ὕμνων
τοῖς ξίφεσι συγκόπτουσι καὶ θύουσιν ὡς ἄρνα,
πέντε μησὶ πρὸς τοῖς ἑπτὰ χρόνοις κεκρατηκότα.
καὶ Μιχαὴλ καθίσταται κράτωρ, ἀντὶ δεσμώτου
ἐλεύθερος, ἀπὸ φρουρᾶς αὐτάναξ αὐτοκράτωρ.
  Καὶ ταῦτα μέντοι τοιαδί, τὰ δ' ἐφεξῆς ὁποῖα; B
ἐστύγει μὲν καὶ Μιχαὴλ τὰς ἱερὰς εἰκόνας,
ἀλλ' οὐκ ἐνεπικραίνετο τοῖς ταύταις προσκυνοῦσιν,
οὐδὲ τὰς σάρκας τὰς αὐτῶν μάστιξιν ἐχαλάζα,
ἐν οὐκ ὀλίγοις τοιγαροῦν ἀποσφαλεὶς ταῖς μάχαις

4692 τὴν τούτου δυναστείαν M 4696 τῶν ἐν M v. 4698 om M 4700 ψαλμῳδοῦσι A v. 4705 om R 4707 ἀντὶ A 4710 ταύτας M 4711 ἐχαλάζον R

lem concludit, secum praeterea dispiciens quo pacto illum de medio tolleret. verum enimvero imbecillis est omnis homo, si cum dei manibus conferatur: immo perexiguum robur est mortalium, cum deus plurimum possit et lacertos robustissimos habeat. quis est enim, ipsius oppugnare potentiam qui possit? interim Michaelus vaticiniis diserti senis maximique vatum fretus exponit patefacit aperit arcanum ei qui aedium regiae custos erat, lingua Romanorum papias dictus. simul una cum ipso, et per ipsum, rem totam componit, et insidias imperatori struit. noctu ergo cum psalmorum cantoribus armati quidam introducuntur, qui belluam immanissimam hymnorum matutinorum sacrum peragentem aggressi gladiis confodiunt et ut agnum mactant, cum annos in imperio septem et quinque menses exegisset.

Post haec Michaelus ex captivo creatur imperator, libertatem una cum regno consecutus. qualia deinceps acciderint, videamus. oderat etiam Michaelus imagines sacras, sed earum adoratoribus acerbe non succensebat, nec flagris eorum corpora violabat. praeliis aliquot infe-

τοῖς ἐκ τῆς Ἄγαρ ἐμπαιγμὸς καὶ χλευασμὸς ἐφάνη,
οἳ τὰς Ῥωμαίων φάλαγγας σπαράσσοντες συχνάκις
καὶ δορυκτήτους ἄγοντες τοὺς τούτων ταγματάρχας
δειλὸν μαλακοκάρδιον ἐκάλουν τὸν κρατοῦντα.
ἐντεῦθεν εἶχε Μιχαὴλ ὀδύνας ἐγκαρδίους
καὶ συμφορὰς θυμοδακεῖς καὶ θλίψεων πικρίας·
τὴν γὰρ δεινὴν καὶ φαυλουργὸν δυσσέβειαν ἐνόσει,
ἀποτειχίζουσαν αὐτὸν ἀπὸ θεοῦ βλεφάρων.
ἀλλεπαλλήλων οὖν κακῶν ἐπεμπιπτόντων τούτῳ
C καὶ δίκην πολυκύμονος θαλάσσης ἐκθροούντων,
δεινότερος ἐπέφλασε μεγαλοκύμων φλοῖσβος,
καὶ τὴν αὐτοῦ συνέσεισε καρδίαν ὡς ὁλκάδα.
ὁ γὰρ Θωμᾶς, οὗ πρότερον ὁ λόγος ἐπεμνήσθη,
ἄνθρωπος πολυμήχανος, ἐμπύριος τὸ θράσος,
στρατεύσιμον συνηθροικὼς ἰσχὺν μυριαχόθεν,
ὁπλίτας αἱματοχαρεῖς, ἀλκίμους, εὐκαρδίους,
φονοεργούς, ἀρεϊκούς, εὐτόλμους, θρασυμάχους,
ἐπιπηδᾷ τῷ Μιχαὴλ μετὰ σφοδρᾶς τῆς ῥύμης
καθάπερ σῦς ἀπὸ δρυμοῦ καὶ λόχμης πολυξύλου
ἢ σκύμνος ὀρεσίτροφος λεαίνης φιλαιμάτου,
καὶ πᾶσαν περιθράκιον περιστοιχήσας πόλιν
D ἐν ναυτικαῖς δυνάμεσι χειρί τε πεζομάχῳ,
καὶ πᾶσαν κάκωσιν αὐταῖς ἐπενεγκὼν βαρεῖαν,
καὶ καταδουλωσάμενος καὶ ῥήξας καὶ σπαράξας,
ἕως αὐτῆς ἐπέδραμε πόλεως τῆς ὀλβίας.

4714 σπαράττοντες R 4722 ἐκκρουόντων R 4726 τῷ θράσει M

liciter commissis coepit Agarenis ridiculus videri, qui Romanorum phalanges saepius perrumpentes, et earum duces captivos abducentes, imperatorem formidolosum et mollis animi virum nuncupabant. ea res Michaelo magnos animi dolores aerumnas afflictionesque peperit. nimirum horrendae sceleratae que impietatis morbo laborabat, qui eum ab oculis dei secludebat. cum igitur aliis post alia malis ille premeretur, maris instar cum strepitu irruentibus, etiam gravior quaedam tempestas incubuit, eiusque cor veluti navim onerariam succussit. Thomas enim ille cuius antea mentionem fecimus, vir industrius et audacia flagrans, copiis undiquaque collectis maximo cum impetu Michaelum invasit instar apri de silva lustrisque suis proruentis vel leonini catuli; cumque urbes universas Thraciae totius tam nauticis copiis quam pedestribus cinxisset, omnibus modis divexasset, in servitutem redegisset, diruisset, lacerasset, ad ipsam usque Cpolin, urbem fortunatam, excurrit. enimvero si deus ille praepotens mortalibus adversetur, omne consilium omnisque conatus

ἀλλ' ἂν θεὸς ὁ πανσθενὴς θνητοῖς ἐναντιῷτο,
ἱστὸς ἀράχνης ἄντικρυς πᾶσα βουλὴ καὶ πρᾶξις.
τὸ θεῖον τοίνυν ὁ Θωμᾶς ὑπερμαχοῦν οὐκ ἔχων
εἰς ψάμμον τῆς ἐπιβουλῆς τοὺς πύργους ᾠκοδόμει,
ἐπ' ἀσθενοῦς ἐπήγνυεν αὐτοῦ τοὺς θεμελίους.
κἀντεῦθεν τὸ κτιζόμενον ῥιζόθεν ἀνετράπη,
καὶ φόνοις χράνας τὰς αὐτοῦ φιλοπολέμους χεῖρας
καὶ δόρυ πᾶν καταβάπτον τοῖς αἵμασι ποιήσας
τὸ τελευταῖον ζωγρηθεὶς ὀρύττεται τὰς κόρας
καὶ σβέννυται καλλιφεγγεῖς λύχνους τοὺς τῶν ὀμμάτων, P 97
καὶ μετὰ ταῦτα ξίφεσι δεινῶς κρεωκοπεῖται.
῾Ο βασιλεὺς δὲ Μιχαὴλ μέλλων τὸν βίον λείπειν,
ἐφ' ὅλοις ἔτεσιν ὀκτὼ ῾Ρωμαίων βασιλεύσας,
τῷ Θεοφίλῳ τῷ παιδὶ τὸ σκῆπτρον ἐγχειρίζει·
ὃς ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασι τὴν ἅλμην τὴν τοῦ βίου
κακοτυχῶς καὶ σφαλερῶς ἀλλ' οὐκ εὐδίως πλέων
τοῦτο καὶ μόνον τὸ καλὸν εὕρατο παραδόξως,
τὴν πάνσεμνον ἐν γυναιξὶ καὶ θείαν Θεοδώραν,
ὡς μάργαρον κατάλευκον, ὡς λίθον ἀνθρακίαν.
ταύτην οὖν σχὼν κοινολεχῆ, ταύτην ζυγεὶς εἰς γάμον, B
καὶ παίδων γέγονε πατὴρ εἰς γῆν γονίμην σπείρων,
καὶ πλέον ἐπευτύχησεν Ἀδὰμ τοῦ πρωτοπλάστου.
τὸν μὲν γὰρ ἡ πλευροφυὴς καὶ πρωτομήτωρ Εὔα
ἐκ τῆς τρυφῆς τῶν τῆς Ἐδὲμ ἐξήγαγε δενδρέων·

v. 4750 om R 4755 πάνσεπτον A 4757 γοῦν M 4758 ὡς εἰς AR 4759 πρωτογόνου AR

reapse nihil est aliud quam aranearum tela. quapropter cum Thomas a numine divino non propugnaretur, insidiarum suarum turres in arenis exstruebat, inque re perimbecilli fundamenta sua collocabat, et iccirco totum aedificium radicitus corruit. nam ubi caedibus manus illas pugnarum avidas inquinasset et hastas sanguine tinxisset, tandem vivus in hostium potestatem pervenit, oculisque spoliatus et postea gladiis sine omni misericordia obtruncatus est.

Michaelus autem excessurus e vita, cum annis octo Romanis praefuisset, Theophilo filio suo imperium tradidit; qui caetera per omnem vitam infelix, unum bonum mirabiliter nactus est, Theodoram coniugem, feminam plane divinam, venerabilem inter mulieres alias, unioni candidissimo et carbunculo persimilem. huic ille matrimonio iunctus non solum liberorum pater ex fecunda coniuge factus est, verum etiam felicitate principem illum hominem Adamum superavit. nam Adamum orta de costa materque princeps hominum Eva voluptate, quam ex arboribus Edenis percipiebat, privavit: haec maritum vitaeque socium ad dexte-

ἡ δὲ τὸν συνοικήσαντα καὶ κοινωνὸν τοῦ βίου
τῆς δεξιᾶς πεποίηκε καὶ σωζομένης μοίρας.
κἀνταῦθα μόνον τῷ Δαβὶδ ἤχησε παρὰ μέλος
ἡ καὶ τοὺς λίθους θέλγουσα καλλιμελὴς κινύρα.
ἡ μὲν γὰρ ἀποφαίνεται θεῷ ψαλαττομένη
"τοὺς μονοτρόπους ὁ θεὸς ἐν οἴκῳ κατοικίζει·"
ἐνταῦθα δὲ συνέδραμε κόπρος εὐώδει μύρῳ
καὶ ῥόδον ἐρυθρόφυλλον ἀχέρδῳ κεντροφόρῳ
C καὶ χρῶμα χολοβάφινον βάμματι πορφυρέῳ.
ἡ μὲν γὰρ πάσαις ἀρεταῖς κατάφυτον ἦν ἄλσος
καὶ κῆπος χαριτόβλαστος καὶ δένδρον εὐκοσμίας,
ὁ δὲ χωρίον ἄντικρυς τριβόλων δυσσεβείας
καὶ βάτος ἀκανθοβελὴς καὶ ῥάμνος σπλαγχνοτύπος.
καὶ γὰρ ἀπεχθανόμενος ταῖς ἱερογραφίαις
καὶ τοῖς ἀπεικονίσμασι Χριστοῦ καὶ τῶν μαρτύρων,
τοὺς ἀπονέμοντας αὐτοῖς τὸ κατὰ σχέσιν σέβας
ἀνυποφόροις καὶ δειναῖς στρεβλώσεσιν ἐκάκου.
ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐκλάμποντας τῷ βίῳ καὶ τῷ λόγῳ
D ὑπὲρ ἀστέρων καλλονάς, ὑπὲρ ἡλίου σέλας,
τὸν ἱερὸν Θεόδωρον, τὸν θεῖον Θεοφάνην,
ἐπιφοραῖς βαρυαλγῶν βασάνων ἐκπιέσας,
καὶ φλοῦν τοῦ σώματος αὐτῶν βυννεύροις ἐκλεπίσας,
ἔστιξε καὶ τὰ μέτωπα μέχρις αὐτῶν ὀφρύων,
καὶ τύπους ἐνεχάραξεν αὐτοῖς ἰαμβοπλόκους.

4764 κατὰ M v. 4766 om M v. 4777 om R 4778 κακώσεσιν ἐστρέβλου A 4782 βασανίσας M v. 4783 om M

ram partem eorum traduxit qui salutem consequuntur. et quidem hic tantum suavis illa cithara Davidis, ipsa quoque saxa demulcens, quiddam absonum cecinit, cum ait deum unius et eiusdem indolis atque morum homines in unum domicilium collocare. nam hic stercus et unguentum fragrans, rosa rubens et acherdus spinosa, tinctura bilis et purpurae coiverunt. Theodora enim lucus erat cunctis virtutibus ornatus, consitus gratiis hortus, arbor omnis elegantiae modestiaeque. Theophilus e diverso ager erat merae impietatis tribulis refertus, rubus asper, laedens viscera rhamnus. nam sacris literis et Christi martyrumque imaginibus infestus, eos omnes intolerantibus et gravissimis tormentis excruciabat qui cultum eis religiose deferrent. praeterea sanctis viris Theodoro ac Theophane, qui tam vita quam doctrina supra siderum pulchritudinem et solis iubar lucebant, tristissimis cruciatibus afflictis et flagris excoriatis, etiam vultus ad ipsa usque supercilia notis deformavit, et versus iambicos ipsis impressit; quas illi notas fronti iaustas non aliter gestabant atque coronam unionibus et gemmis exornatam.

Οὗτοι μὲν οὖν τὴν κίνησιν τὴν ἐπιμετωπίαν
ὡς στέφος καταμάργαρον λιθολαμπὲς ἐφόρουν·
ὁ κράτωρ δὲ Θεόφιλος περὶ μὲν τὰς εἰκόνας
καὶ τὰ στηλογραφήματα τῶν ἱερῶν προσώπων
ἄγαν σκαιῶς καὶ πονηρῶς καὶ κακοτρόπως εἶχεν,
τὰ δ' ἄλλα καὶ λαμπρόψυχος ἦν καὶ μεγαλογνώμων
καὶ τοῦ δικαίου φροντιστὴς καὶ τῶν ἐνδίκων νόμων.
σημεῖον ἐναργέστατον τῆς μεγαλοπρεπείας
ὀργάνων φιλοτέχνησις τῶν χρυσιοκροτήτων, P 98
ἐξ ὧν ἀναπεμπόμενον ἐν μηχανῇ τὸ πνεῦμα
τὰς εὐκελάδους καὶ τερπνὰς ἀπήχει μελουργίας
καὶ λιγυρὸν μουσίκευμα γάργαλον ἀπορρέον.
σὺν τούτοις τὰ κατάχρυσα καὶ τηλαυγοῦντα δένδρα,
χρυσίου τῇ χλωρότητι πυρράζοντα μακρόθεν,
ἐν οἷς στρουθία μουσικὰ χρυσότευκτα καθῆστο,
ὡς ἐν πετάλοις πίτυος ἢ πεύκης ἀκροκόμου,
ἐκ μηχανῆς ἐκχέοντα λάλημα μελιτόεν.
οὕτως ἀνθρώπων τεχνουργοὶ πολυμηχάνων χεῖρες
ἀντιφερίζουσι μικροῦ τῇ ψυχωτρίᾳ φύσει.
Εἰ δέ τις ἀκριβέστερον καταμαθεῖν θελήσει B
τὸ μεγαλόψυχον αὐτοῦ καὶ τὴν φιλοκοσμίαν,
εἰς τοὺς θαλασσογείτονας βλεψάτω περιβόλους,
οἳ τὴν λαμπρὰν ἐν πόλεσι περιφρουροῦσι πόλιν.
χειμὼν γὰρ ἄγριός ποτε κατενεχθεὶς βαρύθρους
τὴν ἅλμην ἐκρυστάλλωσεν ἕως ἀπλέτου βάθους

4802 ἐκπέμποντα M   4809 κατασκεθεὶς R. an καταχεθείς?

Tam impie autem immaniter et maligne imperator Theophilus erga imagines et sacrorum vultuum picturas, in statuis expressas, affectus caetera generosus erat, praeclari iudicii, iuris et aequi sanctarumque legum observantissimus. magnificentiam viri licet ex hoc evidentissimo indicio colligas, quod artem excogitavit condendi organa musica, de quibus machina quadam spiritus emissus iucundos ac suaviter resonantes cantus efficit. adde his arbores illas aureas lateque splendentes, in quibus aviculae musicae ex auro factae considebant tanquam in pinus aut procerae piceae ramis, itidem machinae cuiusdam opera melleum carmen modulantes. nimirum ita mortalium varia excogitantium artificiosae manus parum abest quin ipsa cum natura, res vivas producente, in certamen descendant. quodsi quis accuratius cognoscere cupit Theophili magnificentiam et in rebus ornandis studium, is mihi velim muros illos mari vicinos intueatur.

Accidit enim ipso imperante ut hiems saeva mare cogeret in glaciem ad profunditatem sane immensam, humidumque illud elementum lapidis ad duritiem fluxione prorsus adempta redigeret, frigore nimirum

καὶ τὴν ὑγρὰν ἐλίθωσε πήξας αὐτῆς τὴν ῥύσιν,
καὶ θάλασσαν ὠστράκωσε δυσάνεμος ψυχρία.
μετὰ μικρὸν δ' αὐγάσασαι θερμότητες ἡλίου
τὸ συνεχὲς διέσπασαν τῆς λιθωθείσης ἅλμης,
κἀντεῦθεν ἀπερράγησαν κρυστάλλων ἀποσπάδες,
καὶ λίθους ἁμαξοπληθεῖς νικῶσαι τῷ μεγέθει.
C *εἶπέ τις ἂν ὡς κορυφαὶ βαθυφαράγγων λόφων*
ὑψόθεν ἀποσπώμεναι κυλίνδονται σὺν κτύπῳ,
ἢ λίθοι ῥιψεπάλξιδες πέτονται τειχοσεῖσται,
περιρροιζοῦντες τὸν λεπτὸν ἀέρα τῇ κινήσει.
καὶ τοίνυν καταβαίνουσαι πελάγους ἐκ Ποντίου
προσήρασσον τοῖς τείχεσι τοῖς παραιγιαλίοις
καὶ συνεδόνουν τὰ στερρὰ τῶν πυργοδομημάτων.
ὥνπερ ἰδὼν ὁ βασιλεὺς τὰς καταμωλωπίσεις
καὶ τοὺς πυκνοὺς τραυματισμοὺς ἢ μᾶλλον παραλύσεις,
συγκατεσείσθη τὴν ψυχὴν ἐπὶ τῷ γεγονότι,
καὶ θέλων ἐπιδείξασθαι φιλοτιμίας πλοῦτον
ὡς κάχληκας ἐκένωσεν ἀχρείους τὸ χρυσίον,
D *καὶ τὸ σαθρὸν ἐνίσχυσε καὶ τὸ πεσὸν ἐγείρας*
τοῖς τείχεσιν ἐπέγραψε τὴν κλῆσιν τὴν ἰδίαν.
Καὶ ταῦτα μὲν κατάξια γλώσσης ὑμνητηρίας·
ἐγὼ δ' ὑπερεκπλήττομαι τὴν δικαιοπραγίαν
καὶ τὴν ἀπροσωπόληπτον περὶ τὰς κρίσεις γνώμην.
καὶ δὴ παρατιθέσθω μοι δεῖγμα μικρὸν τοῦ τρόπου,
ὡς ἐκ θαλάττης κύαθος, ὡς ἀπὸ πίθου γεῦμα,

4819 *πέτανται* M

ex acribus ventorum flatibus orto mare totum ceu testaceum efficiente. non multo post, radiorum solarium calores ad saxi formam indurati maris continuitatem solvebant; unde fiebat ut glaciei fragmina reliquo a corpore avellerentur, quae lapides etiam plaustrales magnitudine superabant. non inepte dixerit aliquis vertices quasi quosdam collium, profundis convallibus imminentium, de sublimi avulsos ingenti cum strepitu volutatos fuisse; vel lapides propugnaculorum et murorum subversores ita volasse, ut motu suo strepitum in aëre tenero excitarent. haec ergo fragmina, e medio mari delata, muros litori vicinos feriebant et validas etiam turres succutiebant. imperator moenium turriumque rimis, quae laesae ruptaeque fuerant, conspectis animo commotus est propter id quod accidisset. simul declarare volens magnificentiam suam, aurum ea copia profundit quasi silices inutiles expenderet; atque hoc modo stabilitis iis quae vetustate labascerent, et excitatis quae collapsa fuerant, suum muris nomen inscripsit.

Et haec sane praedicatione digna fuerunt. iustitiam vero Theophili et animum in iudiciis nullam rationem personarum habentem non possum

βραχύ τε σπινθηράκισμα καμίνου πολυξύλου.
γυνὴ προσῆλθε πενιχρὰ τούτῳ τῷ Θεοφίλῳ
καταβοῶσα Πετρωνᾶ τινὸς μεγαλοτίμου·
βίγλας γὰρ ἦν δρουγγάριος, εἴποιεν ἂν Ῥωμαῖοι,
καὶ ῥιζωμάτων τῶν αὐτῶν ἐξέφυ Θεοφίλῳ.
ἐφώνει γοῦν περιπαθῶς καὶ δάκρυον κατῆγεν, P 99
ἀμύντορα τὸν κράτορα γενέσθαι λιπαροῦσα
καὶ τὰς παλάμας ἐπισχεῖν τὰς γιγαντοπαλάμους
τοῦ Πετρωνᾶ, λυττήσαντος ἐκ φιλαδίκου γνώμης
καὶ τὸ λυπρὸν δωμάτιον αὐτῆς ἐπισκοτοῦντος,
ὅπως μὴ φέρειν ἔχουσα τὸ τηλικοῦτον σκότος
ἀνέμων, ὅ φασι, πνοαῖς τὸν οἶκον καταλείπῃ.
ἤκουσε ταῦθ' ὁ βασιλεύς, ἐζήτησε τὸ πρᾶγμα,
ἔγνω τὸ φιλομόχθηρον τοῦ καταβοωμένου.
καὶ τὸν μὲν οἶκον κατασπᾷ μέχρι καὶ θεμελίων
τὸν νύκτα χειροποίητον τῇ γυναικὶ ποιοῦντα,
αὐτὸν δὲ μέσον ἀγαγὼν τῆς λεωφόρου τρίβου
ὠμοῖς βουνεύροις τὰς αὐτοῦ καταμελαίνει σάρκας. B
Τοῦτο μικρὸν τεκμήριον ψυχῆς τῆς Θεοφίλου,
δυνάμενον κατάδηλα καὶ τὰ λοιπὰ ποιῆσαι·
καὶ γὰρ καὶ Βόκχορίς, φασίν, ὁ κράτωρ Αἰγυπτίων
ἀπὸ ψελλίσματος ἑνὸς ἀρτιγενοῦς νηπίου
τὴν παλαιτέραν ἁπασῶν διάλεκτον ἐπέγνω.

4857 βρεφίου M 4858 παλαιότριαν πασῶν M

non summopere admirari. ac libet hic ipsius hac in parte indolis indicium quoddam adiicere, quod sit instar hausti de mari cyathi vel gustus e dolio vel exiguae scintillae ignis magni. accedebat aliquando Theophilum paupercula, Petronam magnae dignitatis virum accusans. erat enim is biglae, ceu Romani loquuntur, drungarius, et eodem cum Theophilo genere natus. dolenter illa quiritare, lacrimas fundere, opem imperatoris implorare, giganteas ut manus Petronae coërceret, qui per summam iniuriam in se debaccharetur suaeque domunculae, satis per se tenuis, luminibus officeret, ne tandem nimia cogente caligine domum solam desertamque ventis, quod aiunt, perflandam invita relinqueret. his auditis imperator de re inquirit, accusati nequitiam cognoscit, ac aedes quidem illas, quae lumina domui mulieris obstruebant, ad ipsa usque fundamenta demolitur: Petronam vero publicam in viam deductum flagris caedi iussit.

Hoc tibi argumentum animi huius imperatoris, exiguum quidem illud, esto; de quo tamen aestimare caetera non difficulter possis. nam et Bocchoris, uti perhibent historiarum scriptores, Aegyptiorum rex, de balba quadam infantis voce linguarum omnium antiquissimam agnoscere potuit. iam quod liberalem eius animum attinet in contemnendis

τὸ δ' ἐλευθεροκάρδιον πρὸς τὰς αἰσχροκερδείας
καὶ τὸ μὴ βούλεσθαι χρυσὸν ἔχειν ἐκ καπηλείας
ἰσχύσουσι πιστώσασθαι τὰ μέλλοντα ῥηθῆναι.
Ἔτυχεν ἄνωθεν ἑστὼς τῶν βασιλείων οἴκων,
ἔνθα γλυφεῖσα δεξιῶς μάρμαρος χιονόχρους
βοῦν μεγαλόπλευρον τυποῖ, καὶ λέοντα μορφάζει
ἐπιπηδῶντα τῇ βοΐ καὶ πίνοντα τοῦ φόνου·
C καὶ γέγονε τὰ γλύμματα ταῦτα τῷ τόπῳ κλῆσις.
ἐνταῦθα γοῦν ὁ βασιλεὺς ἑστὼς καὶ τῇ θαλάσσῃ
τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπαφιεὶς (γαλήνη γὰρ ἐγέλα)
καὶ ταῖς ἐκεῖθεν χάρισι ψυχαγωγῶν τὰς ὄψεις
πλοῖον ὁρᾷ κατάφορτον τῇ χέρσῳ πλησιάζον.
ἐπέπνει μὲν ὁ ζέφυρος πνοαῖς ἁπαλοπνόοις,
ἐτέτατο τὰ λαίφη δὲ κολπούμενα τὸ πνεῦμα,
καὶ πρὸς λιμένας ἤπειγον τὸ σκάφος εὐγαλήνους.
εἴκασε δ' ἄν τις καὶ μακρὰν ἀφεστηκὼς τῆς ἅλμης
τοῦ πλοίου τὸ κατάφορτον τοῦ προσορμιζομένου·
ἐπὶ γὰρ τρίτον τῆς νηὸς τῆς φορτηγοῦ ζωστῆρα
τὴν θάλασσαν ἀνέθλιβε τῶν ἀγωγίμων βάρος.
ὡς ἔβλεψεν, ἐπύθετο τίς καὶ τίνος ἡ σκάφη.
D "τῆς βασιλίδος" ἤκουσεν "ἡ ναῦς καὶ τὰ φορτία."
καὶ λύπην μὲν δακέθυμον ἔσχε κατὰ καρδίας,
μεταστειλάμενος δ' αὐτὴν καὶ γνοὺς περὶ τοῦ πλοίου
"αἲ αἲ βασίλισσα" φησίν, "εἰς οἷον φθάνω βίον;
οἵαν ἀνθ' οἵας εὐτυχοῦς ἀντηλλαξάμην τύχην!

4861 ἰσχύουσι AM 4863 γλυφεῖσαν AR 4872 ἐπέπτατο AR
4873 εὐγαλήνας A 4878 τινων M 4879 τὸ φορτίον M
4883 τύχης A

turpibus lucris, et quod aurum corradere institorio quodam quaestu noluerit, ex iis quae commemoraturi sumus colligi satis liquido poterit.

Forte stabat imperator sublimi loco in regia, ubi nivei coloris marmor ingeniose sculptum vaccam ingentium laterum repraesentat, et leonem in vaccam insilientem eamque cupide necantem; ex qua sculptura nomen loco datum est. hic ergo stans imperator et oculos in mare dirigens, quod caelum sudum esset ipseque maris intuitu sese recreare vellet, navim mercibus oneratam appellere videt, molli vento australi flante ac navigium plenis velis tranquillum in portum deferente. poterat autem aliquis etiam longo ex intervallo existimare navim appellentem ingens onus vehere: nam mercium pondus ita navim deprimebat ut e mari tertium modo cingulum exstaret. hac imperator navi conspecta, quaenam et cuius esset, interrogat. ubi tam navim quam merces imperatricis esset cognovit, animi dolore compresso et arcessita coniuge "heu mea" inquit "imperatrix, quo res meae redactae sunt! heu qua-

φορτίων ἀπεμπολητὴς ὁ τῶν Ῥωμαίων κράτωρ
καὶ κάπηλος γεγένημαι φεῦ τῶν ἐμπόρων χείρων."
καὶ ταῦτ' εἰπὼν ἐκέλευσε γνάθοις πυρὸς παμφάγου
τὴν ναῦν τὴν μυριόφορτον αὐτόφορτον βρωθῆναι.
Οὗτος αὐτὸς ὁ βασιλεὺς Μεθόδιον τὸν πάνυ
θέμενος ὑπερόριον ἔν τινι νησιδίῳ
εἰς σπήλαιον κατέκλεισεν ὡς εἰς μνημεῖον νέκυν,
ὡς ἐν ὀστράκῳ μάργαρον, ὡς ἐν ἀκάνθῃ ῥόδον,
καὶ σὺν αὐτῷ καὶ μετ' αὐτοῦ δύο λῃστὰς κακούργους. P 100
τούτων θατέρου τῶν λῃστῶν τὸν βίον ἐκλιπόντος
καὶ ῥεύσαντος ἐκ φυσικῆς ἀφύκτου κατ' ἀνάγκης
τὴν δύσοσμον ἀποφορὰν καὶ τὴν ἐκεῖθεν λύμην
ὁ καρτερόνους ἀθλητὴς ἐκεῖνος ἐκαρτέρει,
ἣν οὐδ' αὐτὸς ἂν ἴσχυσεν ὑπενεγκεῖν ἀδάμας.
ὁ δ' ἕτερος ἀπολυθεὶς οὐκ ἤθελεν ἐκβῆναι,
ἀλλ' ἐν αὐτῷ τῷ ζοφερῷ σπηλαίῳ καταμείνας
καὶ ζηλωτὴς γενόμενος ἐνθέου πολιτείας
ὡς ἥλιος ἀπήστραψεν ἀκτῖνας σεμνοῦ βίου.
ἔτι δ' ἐμφρούρου μένοντος τοῦ θείου Μεθοδίου
οἱ κεντηθέντες τὰ σεπτὰ πρόσωπα θεηγόροι,
ὧνπερ καὶ μνήμην ἔθετο φθάσας ὁ λόγος ἤδη, B
βιαίως ἐλαυνόμενοι πρὸς τὴν ὑπερορίαν,
ἄνδρα τινὰ σαγηνευτὴν ἰχθυοθήραν ἄγραν
εὑρόντες δικτυεύοντα γράφουσι τῷ δικαίῳ
ὀλιγοσύλλαβον γραφὴν ἐν ἰαμβείῳ μέτρῳ,

4894 ῥεύσαντα μὲν φυσικὰ M   4903 μέτωπα AR

lem fortunam cum opulentissima commutavi! nimirum iam Romanorum imperator merces venales habeo, et ipsemet (heu) institor factus sum, negotiatoribus etiam inferior." his dictis navim una cum mercibus, quarum immensa erat copia, concremari iussit.

Idem Theophilus imperator virum praestantissimum Methodium quandam in insulam relegatum speluncae cadaveris instar inclusit, tanquam unionem in concham, rosam inter spinas. praeterea duos ei latrones adiunxit, quorum altero extincto et iam marcescente naturali quadam necessitate, foedum illum odorem et pestiferum aërem tolerantissimus athletes animo tulit aequissimo, quem ne adamas quidem sustinere potuisset. alter libertate donatus exire noluit, sed intra speluncam illam caliginosam manens divinaeque vivendi rationis aemulator factus solis instar vitae religiosae radios sparsit. dum adhuc Methodius in hoc carcere detinetur, homines illi rerum divinarum periti quos notis in vultu foedatos fuisse diximus, per vim solum vertere coacti, piscatore

ἣν οὐ καλὸν νενομικὼς κατά τι παραφθεῖραι
αὐτοὺς ἐκείνους τῇ γραφῇ δίδωμι τοὺς ἰάμβους.
"τῷ ζῶντι νεκρῷ καὶ νεκρῷ ζωηφόρῳ,
ναίοντι τὴν γῆν καὶ πατοῦντι τὸν πόλον,
γραπτοὶ γράφουσι δέσμιοι τῷ δεσμίῳ."
πρὸς οὓς αὐτὸς ἀντιγραφὴν ἀντιχαράξας γράφει
"τοὺς ταῖς βίβλοισιν οὐρανῶν κλησιγράφους
καὶ πρὸς μέτωπα σωφρόνως ἐστιγμένους
προσεῖπεν ὁ ζώθαπτος ὡς συνδεσμίους."
καὶ ταῦτα μὲν τὰ χρύσεα τῶν καλλιγλώττων ἔπη,
C ἄντικρυς θείου νέκταρος σταλάττοντα συρμάδας·
ὁ δὲ καλὸς ἀγωνιστὴς Μεθόδιος ὁ πάνυ
ἐγκαρτερήσας τῇ πικρᾷ καὶ κακοφρούρῳ στέγῃ,
καὶ τοὺς ὀδόντας ἐκκρουσθεὶς καὶ συνθλασθεὶς τὰς γνάθους,
καὶ πᾶσαν ἄλλην ἐνεγκὼν κολάσεων ἰδέαν,
δι' ὧν αὐτὸν οἱ δυσσεβεῖς ἔπληττον ἀπανθρώπως
ὡς ἄκμονα σιδήρεον χαλκεῖς σφυροκτυποῦντες,
τέλος καθάπερ ἥλιος ἡμεραυγής, ὡς λύχνος,
ἐξέκυψεν ὡς ἔκ τινος ὁρίζοντος ἐκεῖθεν,
θελήσαντος, ὡς ἔοικε, τοῦ βλέποντος ἀβύσσους
καὶ Χερουβὶμ καὶ Σεραφὶμ ὕπερθεν καθημένου
ὡς πόλιν ὀχυρόπυργον τοῦτον ἐφ' ὄρους στῆσαι,
D ὡς μὴ τοσαύτην ἀρετὴν ὡς ἐν μοδίῳ λύχνον
τῷ στυγερῷ καὶ ζοφερῷ καλύπτεσθαι σπηλαίῳ.

vv. 4909-10 om M

quodam reperto literas viro iusto perbreves versu iambico scripsere; quas ab interitu vindicandas ratus hoc loco subiicere volui.

vivo perempto vivificoque mortuo,
terram incolenti ac pariter calcanti polum,
scripsere vincto vincti et inscripti notis.

eis ille respondens, in haec verba rescripsit:

libris vicissim descriptos caelestibus,
faciesque non sine laude compunctos notis,
secum salutat vinctos vivus obrutus.

hi disertorum hominum versus aurei reapse divinum quendam nectaris succum stillant. caeterum praeclarus pugil Methodius, cum toleranter in illo tristi carcere sese gessisset, dentes amisisset, maxillas contusas haberet, omnique genere suppliciorum excruciatus ab impiis hominibus per summam inhumanitatem non aliter esset atque ferream incudem malleis excusores contundunt, ad extremum inde prodiit, ortus diurni solis instar, volente scilicet, ut credi par est, deo, qui abyssos perspicit et Cherubis ac Seraphis insidet, insignem hunc virum ceu munitam urbem in monte sublimi collocare, ne tanta virtus, veluti lucerna

ὁ κράτωρ γὰρ Θεόφιλος βίβλοις ἀεὶ σχολάζων
καὶ σίμβλα τὰ τῆς γνώσεως κηροπλαστῶν ἐντεῦθεν
ὡς μέλισσα φιλόπονος ἀνθῶν ἐκ λειμωνίων,
λαβυρινθώδεσί τισι καὶ γρίφοις ἐντυγχάνει.
ὧν ἐκλεπίσαι τὸ σκληρὸν καὶ τὸ στυγνὸν φωτίσαι
οὐδεὶς ὀρθῶς δεδύνητο, καίτοι μυρίων ὄντων
τῶν φήμην μεγαλώνυμον ἐχόντων ἐπὶ γνώσει.
μεγάλως οὖν τῷ βασιλεῖ τότε βαρυθυμοῦντι
εἷς τῶν προκοίτων πρόσεισι καὶ θαλαμηπολούντων,
καὶ τὸν Μεθόδιον ὑμνεῖ, καὶ πάντα καταλέγει,
τὴν πολυμάθειαν αὐτοῦ, τὸ πόριμον, τὴν γνῶσιν
καὶ τὴν οὐρανοβάμονα σύνεσιν καὶ σοφίαν, P 101
εἴτε θεόθεν κινηθείς, εἴτε καὶ φίλτρον τρέφων
πρὸς τὸν αἰθέριον τῷ νῷ καὶ θεοφόρον ἄνδρα.
ἀκούει ταῦθ' ὁ βασιλεύς, μετάπεμπτον ποιεῖται
τὸν ἱερὸν Μεθόδιον, ἐξάγει τοῦ σπηλαίου
ὡς ἀπὸ κόχλου μάργαρον, ὡς ἀπὸ νέφους ἄστρον
ἀκτῖνας ἀποστίλβοντα φαιδρὰς πυριμαργάρους
καὶ ζόφον ἀπελαύνοντα καὶ σκοτασμὸν ἀγνοίας.
τῆς γλώσσης οὖν Θεόφιλος γευσάμενος τῆς τούτου
ἐγκατοικίζει τὸν καλὸν καλῶς ἐν βασιλείοις
ὡς χρῆμα πολυτίμητον ἐν θησαυροῖς ἀσύλοις,
ὡς λίθον μέγαν στίλβοντα πυρράκην φωτοβρύτην.

4937 στεγνὸν? 4939 ἐν σοφίᾳ A 4952 γευσάμενος Θεόφιλος AM

sub modio, tristi caliginosoque specu abdita lateret. accidit enim ut Theophilus imperator lectitandis libris semper occupatus, unde alveolos scientiae fingebat quemadmodum apis sedula de pratorum floribus, in griphos et labyrinthis consimilia quaedam incideret; ita ut dura istaec quasi decorticare ac obscura illustrare nemo recte posset, tametsi vel sexcenti apud ipsum essent doctrinae famae celebres. cum igitur imperatori permolesta haec res accideret et animum eius angeret, quidam ex proceribus et cubiculariis accedens Methodium praedicat, indicatis dotibus, doctrinae magnitudine, scientiae copia expedita et abundanti; prudentia sapientiaque vertice suo caelum ipsum attingente, sive divinitus, ut hoc faceret, commotus, sive clandestinum amorem alens erga virum mente caelestem et numine divino plenum. haec imperator audiens Methodium de specu eductum, ceu unionem e concha, sidus e nube, virum clarissimis radiis refulgentem et tenebras atque caliginem ignorantiae discutientem, ad sese revocat et invitat. cumque gustum linguae Methodii percepisset, homini praeclaro in regia domicilium assignat, tanquam magni regni pretii gemmamque splendidam rutilantem lucidam in thesau-

B κἀκεῖ παρακαθήμενος τῷ χρυσορρόῳ Νείλῳ
ἤντλει τὴν πόσιν δαψιλῆ τῶν γλυκυχύμων ῥείθρων.
Περᾶν δὲ μέλλων ποταμὸν τὸν τῆς ῥευστῆς οὐσίας,
ὃν πάντα περικείμενον πάχος θνητοῦ σαρκίου
ἀμήχανον μὴ διελθεῖν (ἐπείγει γὰρ ἡ φύσις,
ἡ ταχουργὸς πορθμεύτρια, τὸ χρέος ἀπαιτοῦσα),
ἔτος ἤδη δωδέκατον τῆς βασιλείας ἄγων,
τῷ στέφει μὲν τὸν Μιχαὴλ κατακοσμεῖ τὸν παῖδα,
ἔτι παιδίσκον ἁπαλὸν ὄντα τὴν ἡλικίαν,
τὸ νεαρὸν δὲ τοῦ παιδὸς ὡς θέμις ὑποπτεύων
συγκοινωνεῖν ἐκέλευσεν τούτῳ καὶ τὴν μητέρα,
τοῦ κράτους ὡς φροντίστριαν αὐτῷ γενησομένην.
ἣ μέχρι τότε νύκτερον ἔχουσα μαθητείαν
C καὶ σέβουσα τὰς ἱερὰς μορφὰς ἐν παραβύστῳ,
Νικόδημος, ἂν εἴποι τις, ἀκάρδιος δειλόνους,
τότε τορὸν ἐβόησε καὶ μετὰ παρρησίας,
καὶ σάλπιγξ ἐχρημάτισεν εὔσημος χρυσοσάλπιγξ,
ἢ μᾶλλον καλλικέλαδος νεοττοτρόφος ὄρνις,
στρουθοὺς ἐπισυνάγουσα πάντοθεν τοὺς ἀπτέρους,
περικρυβέντας μέχρις ἂν ὁ θηρευτὴς παρέλθῃ,
καὶ σπέρματα τρισευγενῆ σχοῦσα κατὰ καρδίας,
ὡς ἄρουρά τις εὔκαρπος, αὖλαξ λιπαροβῶλαξ,
χειμῶνος μὲν πιέζοντος οὐκ ἀνεδίδου βλάστην,
ὡς δὲ παρῆλθε τὸ πικρὸν τῆς χειμερίας ὥρας

4959 κάθος A v. 4962 om R 4964 τῇ ἡλικίᾳ A 4966 αὐτῷ M 4967 σκάφους A αὐτοῦ R

ris inviolabilibus et inaccessis collocans; atque hic frequenter assidens Nilo illi aurifluo, de dulcissimis aquis largiter hauriebat.

Cum autem traiecturus esset amnem essentiae interitui obnoxiae, quem omnes crasso corpore circumdatos permeare necesse est, ita nimirum iubente natura, quae velox est traiectrix et abs quovis debitum exigit, annum iam duodecimum imperans, Michaelum filium admodum puerum adhuc imperiali corona redimit. quia vero non abs re tenera istaec aetas patri suspecta erat, matrem imperii consortem facit, ut quae filio curatricis loco futura esset. ea superiori tempore tanquam nocturna discipula, Nicodemo illi timido similis, sacras imagines occulte venerabatur. nunc autem alta voce ac libere profitebatur id quod sentiebat, eratque tuba clara: vel potius ut avicula canora, pullorum altrix, implumes ex locis omnibus volucres cogebat, quotquot abdiderant sese donec auceps praeteriret. et quamvis semina praestantissima sub corde tegeret, ut agellus ferax, ut pinguis sulcus, hieme tamen saeviente germen nullum protruserat. nunc autem elapso longe acerbissi-

τὸ δ' ἔαρ ὑπεγέλασε καὶ τὸ στυγνὸν ἐλύθη,
τότε δὴ τότε καὶ βλαστὸν ἐξήνεγκε πολύχουν
καὶ λήϊον πολύσταχυ, καὶ πλῆρες εὐκαρπίας, D
ὡς αὔραις κυμαινόμενον εὐπνόοις ζεφυρίαις,
τοῦ πνεύματος ταῖς χάρισι τοῦ πάντα τελειοῦντος.
ἀγχιθεάζοντας οὐκοῦν ἄνδρας συναγαγοῦσα,
δικελλευτάς, ἂν εἴποι τις, φιλοεργοὺς δοκίμους,
τὴν ἄκανθαν ἀνέσπασε τῆς εἰκονομαχίας.
ἐνθέρμως δ' ἱκετεύσασα τοὺς θεσπεσίους ἄνδρας
ὑπὲρ τοῦ συζυγήσαντος λιτάσασθαι τὸ θεῖον,
καὶ πείσασα καὶ πίστωσιν τελείαν δεξαμένη
ὡς τῶν βασάνων τῶν ἐκεῖ Θεόφιλος ἐρρύσθη,
ὁμόδειπνος ἐγένετο τοῖς ἱεροῖς ἀνδράσιν
ἁβρὰν λιπαροτράπεζαν ἑστίασιν τελοῦσα.
συνῆν δ' αὐτοῖς ὁ χρύσεος τὴν γλῶσσαν Θεοφάνης,
ὁ τὴν πικρὰν ὑπενεγκὼν στίξιν ἐν τῷ μετώπῳ, P 102
τῆς Νικαέων πόλεως ὢν ἀρχιθύτης τότε.
ὡς τοίνυν ἐνητένιζεν ἡ Θεοδώρα τούτῳ
καὶ τὸ καρτεροκάρδιον ἐῴκει θαμβουμένῃ,
συνεὶς ἐκεῖνος ἔφησε σκληρῶς καὶ πικροθύμως
"ὁρᾷς τὴν προμετώπιον, ἄνασσα, ταύτην στίξιν;
ἕνεκα ταύτης πρὸς τὸν σὸν δικάσομαι γαμέτην,
ὅπου κριτὴς ὁ πάγκοινος ἀδέκαστα δικάζει,

4981 ἐπήνεγκε A 4986 δικελλευτοὺς AR 4987 εἰκονομανίας AR 4988 ἱκετούουσα R 4992 ἐγίνετο AR 4995 προσώπῳ M 4996 ἀρχιποίμην AR 4999 πικρῶς M 5002 ἀδέκαστα δεικνύει M, ἀδέκαστος δικάζει A

ne illo hiberno tempore, ac vere suaviter ridente pristinamque tristitiam dissipante, multipliciter pullulabat et segetem copiosam ferebat, velut ager excitatus a favoniis et eius spiritus gratia qui omnia perficit. quamobrem coactis hominibus acceptis deo, quos non inepte dixeris industrios soli fossores, spinas oppugnationis imaginum prorsus evulsit. cumque divinos homines ardenter obsecrasset ut preces ad deum pro marito defuncto funderent, idque persuasisset eis, et plane iam certior esset facta Theophilum alterius vitae suppliciis liberatum esse, forte cum sanctis illis hominibus instructo valde opime convivio prandebat. intererat huic praeter alios etiam aurea lingua praeditus ille Theophanes, cuius faciei notae non sine dolore magno inustae fuerant. erat autem hoc tempore princeps urbis Nicaenae pastor. cum Theodora cum oculis defixis intueretur ac viri tolerantiam admirari videretur, re Theophanes intellecta cum asperis durisque verbis "vides" inquit, "o imperatrix, inustas hasce fronti meae notas? earum causa illo in iudicio contra maritum tuum experiar, ubi iudex universalis integerrime iudicat,

οὐδὲ λαμβάνει πρόσωπον, οὐδὲ δωροληπτεῖται,
οὐδὲ τὴν περιπόρφυρον χλαμύδα δυσωπεῖται."
πρὸς ταῦθ᾽ ἡ περιλάλητος ἐν γυναιξὶν ἐκείνη
περιπαθὲς οἰμώξασα καὶ μέσης ἐκ καρδίας,
καὶ δακρυσίστακτον αὐτῆς τὸ πρόσωπον θεμένη,
B ὡς κρήνη τις μελάνυδρος ὑψόθεν κατὰ πέτρας
τὸν ῥοῦν διακρουνίζουσα φλεβῶν ἐκ ναματίων,
φωνὴν ἐξέρρηξεν οἰκτράν, δεῖγμα τῆς ἔνδον ζάλης,
"τοιαῦτά μοι, θαυμάσιε, περὶ τοῦ βασιλέως
καὶ σὺ καὶ σύμπας ὁ χορὸς οὕτως κατεπηγγέλλου;"
ἐνταῦθ᾽ ὁ μελιχρόγλωττος Μεθόδιος ὁ θεῖος,
ἀγελαρχῶν τῆς ἱερᾶς ποίμνης τῆς νέας Ῥώμης,
ἐπιρραπίζει τὸ πολὺ τῆς τόλμης Θεοφάνους,
παραμυθεῖται τὴν καλὴν ἐκείνην βασιλίδα,
τοὺς τῶν δακρύων ὀχετοὺς εὐτέχνως ἀνακόπτει,
κατασιγάζει τὸν βαρὺν κλύδωνα τῆς καρδίας,
λόγους ψυχῆς μαλακτικοὺς ὡς ἔλαιον σταλάξας.
Μέχρις μὲν οὖν ὁ βασιλεὺς ἦν ἔτι παιδαρίσκος,
C αὐτῷ συνῆν ἡ βασιλὶς καὶ μήτηρ Θεοδώρα
καὶ πάντ᾽ ἐποίει δεξιῶς, ἰθύνουσα κοσμίως
τὴν ναῦν τὴν μεγαλόφορτον τῆς σκηπτροκρατορίας,
ἐπεὶ δ᾽ εἰς ἥβην ἤλασεν ὁ Μιχαὴλ ἀκμαίαν
καὶ μόνος ἐπεδράττετο πραγμάτων τηλικούτων,
ἔργοις τὸ μυθευόμενον ἔδειξεν ἀληθεύειν·
ὡς ἄλλος γὰρ αὐτόχρημα Φαέθων νηπιάζων

5003 δωροδοκεῖται B 5006 περιπαθῶς M 5009 ἐκ] τῶν AB
5011 οὐ ταῦτά M 5014 νεαρᾶς A 5017 ἀνακόψας M

nec vel personam cuiusquam respicit vel muneribus corrupisse patitur vel purpuream chlamydem reveretur." ad ea verba laudatissima imperatrix eiulatu ex intimo corde sublato vocem hanc miserabilem edidit, interni doloris testem, "haeccine mihi, vir admirande, tuque totusque coetus hic de imperatore meo mihi polliciti estis?" ibi divinus et ore melleo praeditus ille Methodius, qui tunc apud Romam novam sacri gregis pastor erat, nimia Theophanis audacia ferociaque reprehensa praeclaram imperatricem consolatur, arte rivos lacrimarum obstruit, gravem cordis tempestatem sedat, emollientibus animum verbis tanquam oleo quodam instillatis.

Caeterum quamdiu puer erat imperator, matrem Theodoram secum habebat, quae omnia dextre gerebat imperiumque praeclare administrabat. verum ubi Michaelus maturam ad aetatem pervenit, iamque solus amplitudinem negotiorum imperii procurare coepit, reapse verum illud probavit esse quod est in fabulis. quippe mox ut alter quidam iuvenis

ἐφ' ἅρματος ἡνιοχῶν εὐίππου πυριτρόχου,
καὶ τὴν Ῥωμαίων ἅπασαν ὤλεσε χωραρχίαν,
αὐτός τε παπποπατρικῆς ἀρχῆς ἐξεδιφρίσθη,
καὶ κύμβαχος κατέπεσεν ἐπὶ βρεχμὸν καὶ νῶτα.
ἀπέβη γὰρ ὑγρόβιος ἄντικρυς ἄλλος Νέρων,
πάροινος, μαλακόψυχος, μάχλος, ἀκρατοπότης,
ὅλας χρημάτων ἐπαντλῶν ἀβύσσους τοῖς συμπαίκταις, D
γελοιασταῖς καὶ ῥυπαροῖς ἁρματοστρόφοις, μίμοις,
ἅμα πρωῒ διώκουσι τὰς ἀκρατοποσίας,
καὶ βίον τρυφερόβιον βιοῦσι Συβαρίτην,
λιχνευομένοις εἰς τρυφὰς εὐόψων ἐδεσμάτων,
καὶ συνδιημερεύουσι γυναίοις ἀκολάστοις,
καὶ πίνουσι καὶ παίζουσι καὶ γυναικομανοῦσιν
ὡς πρὶν ὁ Σαρδανάπαλος ὁ Νίνου βασιλεύσας.
τοιούτοις δή τισι συνὼν διεφθαρμένοις, πόταις
ἀρρητουργοῖς καὶ φαυλουργοῖς, κακίας τελετάρχαις,
ὁμόστολος ἐγίνετο Μαινάδων θυρσοφόρων,
καὶ ταῖς Διονυσιακαῖς βακχείαις ἐνετρύφα.
ἐντεῦθεν πότοι καὶ χοροὶ καὶ μέθαι καὶ κρατῆρες, P 103
ἀσέμνων τε καὶ πορνικῶν ᾀσμάτων ἀπηχήσεις,
καὶ λυγισμοὶ γελωτουργοὶ καὶ πᾶσα ῥυπαρότης.
μῦθοι μὲν οὖν Ἀκταίωνα φασὶ τὸν θηροφόντην
ὡς κύνες διεσπάσαντο λυττήσαντες ὡς θῆρα·

5028 πυριτρόχου M 5032 ἐπέβη AM 5034 ἀβύσσους ἐξαντλῶν χρημάτων R 5038 εὐέψων A v. 5039 om M 5047 ἐπιχήσεις A 5048 λιγυσμοὶ AR, λογισμοὶ M

Phaëthon, curru conscenso, totum Romanorum imperium perdidit, et ipse de avito patritoque regno veluti curru quodam est deturbatus et excussus, non pronus tantum cadens sed etiam dorsum laedens. quippe luxuriosae humidaeque vitae se dedidit velut alter Nero, immodestus in vino, animo effeminato, impudicus, temulentus, totas pecuniarum abyssos in collusores exhauriens, qui erant scurrae impuri, curruum agitatores, mimi, a primo diluculo temulentiae dediti, delicias ciborum et suavium opsoniorum avide quaerentes, totos dies apud inverecundas mulierculas exigentes, potores, ludiones, libidinum flammis furentes; qualis scilicet olim erat ille Sardanapalus, rex Ninevitarum. eiusmodi hominum consuetudine utens, temulentia nimirum perditorum, infanda et turpissima quaeque perpetrantium, vitam plane Sybariticam degentium, etiam Maenadas illas thyrsigeras comitabatur et orgia Bacchi celebrabat. hinc compotationes, saltationes, ebrietates, crateres, inhonestorum ac meretriciorum carminum cantiones, directae tantum ad excitandos risus cogitationes, omnis impuritas denique. tradunt fabulae ferarum interfectorem illum Actaeonem a correptis furore canibus ceu feram dilacera-

κόλακες δὲ τὸν Μιχαὴλ περιεστοιχηκότες,
ἐξυρισμένοι πώγωνας, ἐψιμμυθιωμένοι,
εἰς ποῖον βάραθρον αὐτὸν κακίας οὐκ ἐρρίπτουν;
ἐντεῦθεν ὁ περίοπτος, ὁ τῶν Ῥωμαίων κράτωρ,
αὐτὸς αὐτὸν ἐπέβαινεν ἁρμάτων χρυσαντύγων,
τετρώροις ἐπεκάθητο καὶ δίφροις χρυσοδίφροις.
καὶ θησαυροὶ μὲν πάντοθεν χρημάτων ἀπηντλοῦντο
B καὶ τὰ Ῥωμαίων ἐν στενῷ πράγματα καθειστήκει,
κόλακες δὲ καὶ χρήμασιν ἀφθόνοις ἐνευπάθουν
καὶ χιτωνίσκοις τρυφεροῖς καὶ πέπλοις χρυσοπάστοις.
οὕτως ὑγρῶς καὶ μαλακῶς ὁ Μιχαὴλ ἐβίου.
πολλάκις δὲ μηδέ τινος κατεπειγούσης χρείας
ἄτερ φυλάκων καὶ φρουρᾶς, ἄτερ δορυφορούντων
μόνος αὐτὸς παρώδευεν ἐν μέσαις ταῖς τριόδοις,
ἀσέμνως θεατρομανῶν, χαίρων ἱππηλασίαις.
ἐγίνετό τε καὶ πατὴρ παιδίων κατὰ πνεῦμα,
τῶν μίμων τὰ βρεφύλλια καὶ τῶν ἁρματοστρόφων
οἷα πατὴρ φιλόστοργος φέρων ἐν ταῖς ἀγκάλαις
ἐκ τοῦ λουτροῦ προκύπτοντα τῆς θεογενεσίας.
C ἐντεῦθεν (οὐκ ἐξήρκουν γὰρ αἱ φλέβες τοῦ χρυσίου
ἐπὶ τοσούτους ἀγωγοὺς κενούμεναι κοπρώδεις)
αἱ χρυσοσκεύαστοι στολαὶ τῶν πάλαι βασιλέων
καὶ δένδρα τὰ κατάχρυσα, στρουθία τε τὰ λάλα,
καὶ λέοντες σφυρήλατοι χρυσοῦ πεποιημένοι,
καὶ πᾶν ἁπλῶς βασίλειον λάμπον ἐν ἀνακτόροις,

5060 χιτωνίοις AM χρυσοπλάστοις M 5062 βίας R

tum esse. at vero assentatores barbas rasi et cerusa fucati cum Michaelum circumstipassent et indagine quasi cinxissent, in quod barathrum, quam vitiorum voraginem eum non coniecerunt! hinc fiebat ut spectabilis ille Romanorum imperator ipse currus aureos conscenderet ac quadrigis insideret. pecuniarum thesauri undique prorsus exhauriebantur, resque Romanorum in angustum cogebantur. interim adulatores in maxima pecuniarum abundantia iucunde vivebant, amicti tunicis delicatis et peplis auro intertextis. adeo temulentam mollemque vitam Michaelus agebat. nonnunquam nulla necessitate cogente solus absque satellitum corporisque custodum comitatu mediis in triviis obambulabat, indecore ac furenter adamans spectacula, deque agitationibus equorum voluptatem capiens. etiam spiritualium liberorum pater fiebat, infantes mimorum et aurigarum ceu benignus pater in ulnis gestans, e lavacro divinae regenerationis susceptos. itaque auri venae nullae sufficiebant, cum in tot stercoreos canales exhaurirentur. vestes ex auro factae priscis ab imperatoribus, arbores aureae, canorae aviculae, solido ex auro fabrefacti leones, omnia denique ornamenta imperatoria, quae in

ἅπερ τὸ πρὶν Θεόφιλος εἴργαστο φιλοτίμως
εἰς λάλημα περίλαμπρον ἐσόμενα Ῥωμαίοις,
χωνείᾳ παρεδίδοντο, κακῶς ἐξεκενοῦντο
εἰς μυσαροὺς καὶ βδελυροὺς σωλῆνας πολυτρήτους.
οὐ ταῦτα δ' ὁ χοιρόβιος τετόλμηκε καὶ μόνα,
ἀλλ' ἐπὶ χείρονα ζωὴν προκόπτων ὁσημέραι
ἐλύττησεν ὁ κάκιστος κατὰ τῶν μυστηρίων
τῶν ἱερῶν καὶ Σεραφὶμ αὐτοῖς ἀξιοσέπτων,
καὶ σίνηπι δριμύχυμον ἐγχέων εἰς κρατῆρα D
τὴν ἁγιστείαν τὴν φρικτὴν δῆθεν ἐτελετάρχει,
παίζων, φασίν, ἐν οὐ παικτοῖς, γελῶν ἐν ἀγελάστοις.
Οὕτω βιοῦντα Μιχαὴλ ἡ μήτηρ καθορῶσα
καὶ παίγνιον γινόμενον τὸν κράτορα Ῥωμαίων
τὰ σπλάγχνα συνεστρέφετο, ψυχὴν συνεδονεῖτο,
καὶ λόγοις ἐσωφρόνιζεν ἐρύθμιζε παρῄνει,
βδελυροτήτων αἰσχρουργῶν ἀπάγειν ἐπειρᾶτο.
ἀλλ' ἦν τὸ δὴ λεγόμενον νεκρῷ προσομιλοῦσα,
παρὰ κωφῷ ψαλάττουσα τοὺς παραινετηρίους.
ἦν δὲ μητράδελφος αὐτῷ Βάρδας ὠνομασμένος,
ἄνθρωπος κακομήχανος, ἄγων καὶ στρέφων πάντα,
ὃς ὑπελθὼν τὸν Μιχαὴλ ὡς σκώληξ γλυκὺ ξύλον, P 104
καταφαγών τε τὴν αὐτοῦ καρδίαν καὶ συσσήψας,
πείθει τὴν μὲν βασίλισσαν ἐλάσαι Θεοδώραν
καὶ τὴν τεκοῦσαν ἔκπτωτον θέσθαι τῶν βασιλείων,
στεφάνῳ δὲ τοῦ Καίσαρος αὐτὸν καταγλαΐσαι.

5086 φησὶν AM 5088 γενόμενον AR 5089 ψυχὴ M
5096 τῷ βασιλεῖ M γλυκυξύλῳ M

aula splendebant et a Theophilo magnifice fuerant ad celebrationem Romani nominis confecta, fornaci conflatoriae tradebantur et scelerate in exsecrabiles quosdam quasi tubos evacuabantur. neque tantum haec ausus est imitator ille vitae porcinae designare, sed etiam quotidie profectus in turpitudine quosdam faciens adversus sacrosancta mysteria, Seraphis ipsis venerabilia, vir nequissimus debacchabatur. quippe acrem sinapi succum in craterem fundens sacrum illud formidabile repraesentabat, ludens, ut dici solet, in iis quae ludum iocumque non admittunt, et ridens in minime ridiculis.

Ita viventem Michaelum mater videns, et imperatorem Romanum factum esse ludicrum, totis visceribus et animo commovebatur, eumque verbis castigabat corrigebat exhortabatur. sed quod proverbio dicitur, cum mortuo colloquebatur et admonitiones apud surdum cantillabat. erat Michaelo Bardas avunculus qui occupato Michaeli animo, non aliter atque vermis dulce lignum irrepit, homo scilicet fraudulentus, sursum deorsum cuncta volvebat et iam Michaeli cor exederat. hic tandem ei persuadet ut imperatricem Theodoram ex aula eiiceret ac se Caesarem

ἔρημον οὖν παραλαβὼν τὸν ἄθλιον ἐκεῖνον
καὶ τὸ περιφερόμενον ἐκκόψαντα τὴν χεῖρα
τὴν δεξιὰν ἀριστερᾷ κατὰ τοὺς μαινομένους,
μᾶλλον δ' εἰπεῖν ἀπάλαμνον ἄχειρα γεγονότα,
ἢ κατὰ τὸ μυθούργημα τῆς Αἰσωπείας λύρας
προβάτιον εἰς ἄνοιαν αὐτόχρημα φανέντα
καὶ κύνας ἀπελάσαντα τῇ συμβουλῇ τοῦ λύκου,
τὸ κράτος ἐκ τοῦ κράτορος εἰς ἑαυτὸν μεθεῖλκε
B καὶ πᾶν ἐποίει βουλητὸν ἄντικρυς ὡς αὐτάναξ.
οὐ μὴν ἀλλ' ἐκκεκύλιστο καὶ πρὸς παρανομίαν
οἵαν οὐ Σκύθης δέδρακεν, οὐ Πέρσης, οὐ Σαρμάτης,
υἱοῦ γνησίου γαμετῇ, φεῦ ἀκολάστου γνώμης!
μιγνύμενος ἀναφανδὸν ὡς ἑαυτοῦ συλλέκτρῳ.
ἤκουσε τοῦτο τὸ δεινὸν Ἰγνάτιος ὁ μέγας,
ὁ τηνικαῦτα κυβερνῶν τὴν βασιλίδα πόλιν·
ἦν γὰρ περιλαλούμενον ἐν ἀγυιαῖς, ἐν οἴκοις,
καὶ πάντων περιέτρεχε τὰς ἀκοὰς τὸ μύσος.
καὶ τοίνυν ἐσωφρόνιζε τὸν Καίσαρα τὸν Βάρδαν
λόγοις, φοβήτροις, ἀπειλαῖς τῶν μελλουσῶν βασάνων,
ἐπέπληττε, κατήρτιζεν, ἤλεγχεν, ἐνουθέτει,
C πᾶσαν ἐκίνει μηχανὴν εἰς ἐκκοπὴν τοῦ πάθους.
ἀλλ' ἦν ἐν πᾶσιν ἀληθὴς ἡ Σολομῶντος λύρα,
ἐλέγχειν ἀποτρέπουσα τοὺς κακογνωμονοῦντας·

v. 5108 om. M 5109 θελητὸν R 5110 ἐκεκύλιστο AM 5115 Ῥώμην AR 5318 γέροντα M 5122 ἐν πνεύματ' A 5123 κακομηχανοῦντας A

crearet. hoc modo miserum illum solum desertumque nactus, quique, ceu vulgo dici consuevit, hominum furiosorum more sinistra dexteram manum absciderat, vel potius plane iam manibus spoliatum, aut secundum Aesopicam illam fabulam ovi dementi consimilem factum, de lupi consilio pulsis canibus, imperium ab imperatore ad se transferebat, omniaque pro arbitratu animi sui gerebat ut imperator. quin etiam in flagitium ingens provolvebatur, quale nec Scytha quispiam nec Persa nec Sarmata designaret. nam cum filii coniuge (proh foedam lasciviam) non aliter consuescebat atque si tori legitimi consors esset. hoc terribile facinus ubi magnus Ignatius ille comperit, qui eo tempore novam Romam gubernabat (erat enim omnium in ore piaculum istud, passimque per compita et aedes iactabatur), Bardam Caesarem verbis castigabat metum incutientibus, adiectis secuturae vitae suppliciorum minis, terrebat hominem, in viam revocabat, reprehendebat, admonebat, omnem machinam adhibebat ut malum illud exscinderet. sed enim verum erat omnino verbum illud Solomonis, qui vetat improbos taxari et reprehen-

ἔλεγχοι γὰρ ὡς μάλωπες εἰσὶ τοῖς ἀσεβέσι,
καὶ πλήττουσιν ὡς βέλεμνα τὰς φαυλουργοὺς καρδίας.
ὁ Καῖσαρ γὰρ ἐκπικρανθεὶς τοῖς ὀνειδιστηρίοις
Ῥήμασιν οἷς ἐπέπληκτο παρὰ τοῦ θεοφόρου,
οὐ μόνον οὐκ ἐφρόντιζε τῶν παραινετηρίων,
ἀλλὰ καὶ κότον ἔτρεφε κατὰ τοῦ παραινοῦντος,
ὅμοιον δρῶν ὡς εἴ τινες ἰχώρων πεπλησμένοι
νοσοκομοῖντο πρός τινος, οἱ δ' ἀποδυσπετοῖεν
καὶ μᾶλλον ἀγριαίνοιντο πρὸς τὸν εὐεργετοῦντα.
ἔνθεν τοι Βάρδας προσελθών ποτε τοῖς μυστηρίοις
καὶ μὴ τυχὼν τῆς δωρεᾶς ἐκείνης τῆς ἐνθέου P
(οὐ γὰρ πιστεύεται σαπρὸν ἄγγος εὔοσμα μύρα)
καὶ πρὸς θυμὸν ἐκπυρωθεὶς ὡς λέων ἐριβρύχης,
ὡς πάρδαλις ἐφάλλεται ῥαγδαῖα τῷ δικαίῳ,
καὶ ῥήγνυσι καὶ κατασπᾷ τῆς πηδαλιουχίας,
ἀντεφιστᾷ δὲ Φώτιον, φεῦ ἀντὶ τίνος ποῖον!
ἐντεῦθεν ἐπεπάφλασεν ἅλμη πειρατηρίων
τὸν ἱερὸν Ἰγνάτιον ποντοῦν φιλονεικοῦσα.
ὁ Καῖσαρ γὰρ ἐφύσησε βορρᾶς ὡς βαρυβόας,
ὡς εὐροκλύδων ἄγριος, ὡς δύσπνους ἀπαρκτίας,
καὶ λαίλαπες ἠγέρθησαν βαρύθροοι καὶ ζάλαι.
ἀλλὰ γὰρ τίς δυνήσεται τὰ πάθη τραγῳδῆσαι
ὅσοις αὐτὸν ὑπέβαλον Φώτιός τε καὶ Βάρδας,
ὡς ἂν ὑποσημήνηται γραφὰς ἰδιογράφους P 105

5125 ἀσεβεῖς M   5143 ἐρικλύδων M   5144 βαρύθυμοι M

di: nam reprehensiones sunt hominibus impiis flagrorum instar, et corda perversa veluti sagittae feriunt. nimirum obiurgationibus hisce Bardas Caesar exacerbatus non modo nihili fecit eas exhortationes, verum etiam conceptam adversus monentem iracundiam et indignationem alebat, non aliter agens atque si saniosos aliquo curare volente illi non tantum aufugiant, sed etiam erga bene facientem excandescant. cum igitur aliquando Bardas accederet ad mysteria nec divinum illud munus a patriarcha consequeretur (non enim unguenta fragrantia vasi putido committuntur), inflammatus iracundia leonis in morem rugit, ceu violenta pardalis in hominem iustum insilit, lacerat, a clavo summovet, eius in locum Photium substituit, proh qualem pro quali viro! ex eo tempore miseriarum aestus Ignatium iactabat et demergere virum conabatur. Caesar auras afflabat tanquam graviter spirans aquilo vel saevus ille tempestatesque ciens subsolanus; quo flante procellae graves concitabantur. quis ea mala satis exponere possit, quibus Ignatium Photius et Bardas excruciabant? nimirum ut propriae manus subscriptione testaretur amictum se sacrum

ὡς θέλων ἀποδύσασθαι τὴν ἱερὰν ἱερέαν.
ἀπορριζοῦσι μὲν αὐτοῦ τὴν ὀδοντοφυΐαν,
τὰς γνάθους φεῦ συντρίβουσι, τὰς σιαγόνας θλῶσι.
καθάπερ δὲ χαιρομυσῆ λῄσταρχον κακεργάτην
γυμνὸν δεσμώτην, ἥλιε καὶ γῆ! προσεφαπλοῦσι
ψυχρῷ μαρμάρῳ, λάρνακι δυσώδει κοπροφύρτῳ,
φερούσῃ τὸν κατάπτυστον νεκρὸν τοῦ Κοπρωνύμου.
ἀλλ' οὐκ εἰς τέλος ἔλαθεν ἡ πάντολμος παλάμη,
ὁ τυρευτὴς δὲ τῶν κακῶν ἀπέτισε τὴν δίκην,
καὶ τῶν δεινῶν ὁ σκευαστὴς ἔπιε σκύφον θυμοῦ.
Βάρδας μὲν οὖν τῷ βασιλεῖ βόθρον ὀρύσσων φόνου
B *αὐτὸς ἐκεῖνος εἰς αὐτὸν ἐνδίκως κατερράγη,*
ὁ δὲ κακοῦργος Φώτιος ἐκβάλλεται τοῦ θρόνου.
οὕτως οὐδὲν τὰ βλέφαρα θεοῦ διαδιδράσκει,
οὕτως ἀνταποδίδωσι θεὸς ὑπερηφάνοις,
ἡ λύρα ψάλλει τοῦ Δαβὶδ ἡ καλλιμελεστάτη.
Ὁ βασιλεὺς δὲ Μιχαὴλ διφρηλασίαις χαίρων
καὶ δαιμονίως ἐντρυφῶν ταῖς φίλαις ἱππασίαις
συνῆν καὶ συνδιέτριβε τοῖς θεατρομανοῦσιν,
αὐτὸς αὐτὸς ἀναπληρῶν τὴν ἁρματηστροφίαν.
καὶ δή ποτε τὸ τέτρωρον εὖ χαλινοστροφήσας
καὶ πρός τινος ἀνυμνηθεὶς τοὔνομα Βασιλίσκου
C *ἀμείβεται τὸν ὑμνητὴν οὐ λίθοις, οὐ χρυσίῳ,*

5148 *ἀποτίθεσθαι* AR 5157 *θυμοῦ τὸν σκύφον πίνει* M 5158 *γὰρ* R v. 5161 om R 5165 *δαιμονίοις* M, *δαιμονίαις* AR *καὶ ταῖς φιλιππασίαις* M 5167 alterum *αὐτὸς* om M *ἁρματοδρομίαν* AR 5169 *ἀναμνησθεὶς* M

sponte sua deponere, dentes homini radicitus excutiunt, genas contundunt, maxillas frangunt; ceu piacularibus flagitiis gaudentem latronum ducem, maleficum, nudum et vinctum (o sol, o terra!) in frigidum sepulcrum marmoreum, foetens, pollutum stercore, quo abominabile cadaver imperatoris Copronymi continebatur, extensum toto corpore deponunt. sed haec audens quidvis manus perpetuo deum latere non potuit. quippe malorum machinator poenas luit, et auctor aerumnarum Ignatii scyphum iracundiae divinae hausit. Bardas enim foveam caedis imperatori fodiens ipse in illam iusto iudicio praeceps corruit: sceleratus autem Photius ille solio patriarchico deturbatus est. sic nihil omnino divinos oculos fugit: sic deus superbis mercedem suam tribuit, quemadmodum elegantissima Davidis lyra canit.

Ceterum Michaelus imperator ex aurigationibus voluptatem capiens saltem apud illos degebat qui spectaculis ad insaniam usque semet oblectabant, et ipse curule certamen peragebat. cum aliquando quadrigam sollerter admodum converteret, hoc nomine laudatus a quodam Basilisco praedicatorem illum suum non auro, nec gemmis donabat, sed impera-

αὐτὸ δὲ τὸ βασίλειον ὕψος φιλοτιμεῖται.
ὅπερ ἰδὼν Βασίλειος ὁ Μακεδὼν ὁ μέγας,
ὁ παρ' αὐτοῦ τοῦ Μιχαὴλ κράτωρ προβεβλημένος,
καὶ τὸ παλίμβολον αὐτοῦ τῆς γνώμης ὑποτρέσας,
δεῖν ἔγνω προκαταλαβεῖν καὶ προκαταταχῆσαι.
ἔνθεν τοι φόνου κίρνησι τῷ Μιχαὴλ κρατῆρα,
ἔτεσι πρὸς τοῖς τέσσαρσι δέκα κεκρατηκότι,
καὶ μονοκράτωρ γίνεται καὶ κράτωρ σκηπτροκράτωρ.
οὐ γὰρ θυγάτηρ οὐχ υἱὸς τῷ Μιχαὴλ ἐτέχθη·
τὸ σπέρμα γάρ, φασὶ σοφοί, τὸ τῶν εὐκαταφόρων
εἰς Ἀφροδίτης ὄργια τὸ γόνιμον οὐκ ἔχει.
Τοῦτόν φασιν τὴν ἄνασσάν ποτε θεασαμένην, D
τὴν καὶ ψυχῇ βασίλισσαν καὶ τύχῃ Θεοδώραν,
τοιαῦτ' εἰπεῖν πρὸς Μιχαὴλ "ὦ βασιλεῦ καὶ τέκνον,
ὁρᾷς τὸν ἄνδρα τὸν πολὺν τοῦτον καὶ ῥωμαλέον,
τὸν παρά σου τιμώμενον καὶ συνδιάγοντά σοι;
οὗτος τὸ γένος φεῦ ἡμῶν ὡς δράκων ἐκροφήσει
καὶ προνομεύσει καὶ κτενεῖ καὶ παντελῶς ἐκτρίψει
καθάπερ ὄρνιθος οἰκτροῦ νηπίους ὀρταλίχους."
Ἀλλὰ γὰρ ἄξιον εἰπεῖν τὰ περὶ Βασιλείου,
ὅθεν καὶ τίνων ἔβλαστε, τίνες αὐτῷ γενάρχαι.
κώμης μὲν οὖν ἐξώρμητο λυπρᾶς, προσγειτονούσης
τῇ πρωτοπόλει τῇ λαμπρᾷ τῶν Μακεδόνων πόλει,

v. 5177 om R 5179 βασιλεῖ M 5181 ἔχειν A 5185 καὶ] τὸν AR 5186 καὶ] τὸν AR

toriam ei sublimitatem largiebatur. id ubi videret magnus ille Basilius Macedo, qui iam renuntiatus a Michaelo fuerat imperator, inconstantiam hominis veritus antevertendum celeriter eius conatum statuit. quapropter craterem letiferum Michaelo miscet, regno per 14 annos potito, ac imperium occupat. quippe Michaelus neque masculam neque femineam sobolem habebat, quod de sententia doctorum hominum semen proclivium in Venerem minime fecundum sit nec ad procreationem aptum.

Memoriae proditum est imperatricem Theodoram, vere animo iudicioque regiam feminam, cum intuita Basilium aliquando esset, huiusmodi verbis Michaelum filium compellasse "videsne virum hunc, imperator et fili, praeclarum atque robustum, quem honore tu afficis, et perpetuo tecum est? hic familiam (heu) nostram draconis in morem absorpturus est, vastaturus, interfecturus, omnino exstirpaturus, tanquam implumes infelicis gallinae pullos."

Enimvero pretium operae fuerit de Basilio pleraque recensere, unde prognatus et ex quibus fuerit, quosve generis auctores habuerit. ortus igitur est ex tenui pago vicino principi clarissimaeque Macedonum

P 106 ἣν ἐξ Ὀρέστου φέρουσαν πρὶν τὴν ἐπωνυμίαν
Ἀδριανὸς δειμάμενος ὁ τῶν Ῥωμαίων κράτωρ
τὴν κλῆσιν ἐχαρίσατο τῇ πόλει τὴν ἰδίαν.
οἱ δὲ γονεῖς καὶ φυτουργοὶ τοῦ καλλικλάδου δένδρου
οὐ πολυτάλαντοί τινες, ῥυηφενεῖς οὐκ ἦσαν,
οὐδὲ προβατοθρέμμονες, οὐ πλέθρα γῆς αὐχοῦντες,
ἀλλ' αὐτουργοὶ καὶ πένητες καὶ τῶν χειροβιώτων.
ὧν ἐκλιπόντων τὴν ζωὴν καὶ γῆθεν μεταστάντων,
καὶ τοῦ Βουλγάρων ἄρχοντος τοῦ τηνικαῦτα Κρούμου
ἐπιδραμόντος σύμπασαν τὴν ὑπὸ τοὺς Ῥωμαίους
καὶ σκύλων ὑποπλήσαντος αὐτοῦ τὴν στραταρχίαν
καὶ σύμπαν νεοτήσιον ἄνθος ἠφανικότος,
B θεμένου δὲ καὶ πλείονας ἐν ἀνδραπόδων μοίρᾳ,
ἑάλω καὶ Βασίλειος Βουλγάρων ταῖς παλάμαις
ὥσπερ στρουθὸς καλλίπτερος πικρῷ δικτυοθήρᾳ.
τὰς παλαμναίας δὲ φυγὼν βροχίδας τῶν Βουλγάρων
ἐπέστη πτερυξάμενος αὖθις Ῥωμαίων ὅροις,
καὶ πρὸς λατρείαν ἑαυτὸν ὡς πένης ἐκμισθώσας,
καὶ τληπαθήσας καὶ πολλοὺς καμάτους ἀεθλεύσας,
καὶ γνοὺς ὡς εἰς ἀκάρπωτον γῆν τὰ τοῦ πόνου σπείρει,
ἀφίσταται τῶν προσγενῶν καὶ τῆς ἐνεγκαμένης,
καὶ πάντα λογισάμενος τἄλλα μικρὰ καὶ φαῦλα
ὡς πρὸς σκοπὸν ἐφέρετο τὴν Βυζαντίδα πόλιν.
ὡς δὲ τῶν πύργων γέγονεν ἐντὸς τῶν καλλιπύργων,
ἐνταῦθα τὴν εὐμήχανον βουλὴν θεωρητέον,

5198 οὐ ῥυηφενεῖς ἦσαν R 5201 ἐκλειπόντων vulgo

urbi, quam prius ab Oreste cognominatam deinceps imperator Romanorum Adrianus ab se instauratam de suo nomine nuncupavit. parentes autem eius nec opulenti erant nec divitiis abundantes, sed plane inopes laboreque manuum suarum victum quaerentes; quibus vita functis, et Bulgarorum principe Crumo dicionem omnem Romanam cum copiis percurrente suosque milites opimis spoliis collocupletante, et exstincto omni iuventutis flore multisque in captivitatem redactis, Basilius etiam captus est a Bulgaris tanquam avicula quaedam praedita venustis alis ab aucupe diro. cum autem e saevis Bulgarorum laqueis evasisset, intra fines Romanorum reversus ceu pauper operas alias suas pro mercede locabat, in quo vitae genere varias aerumnas pertulit et labores magnos exantlavit. tandem animadverso se suos hosce labores in sterile solum spargere, propinquis suis relictis e patria discedit, et cetera omnia pro nihilo ducens recta Byzantium contendit. cum autem urbem pulchras turres habentem ingressus fuit, hic mihi consilium artificiosissimum vide,

ὅπως προκαταβάλλεται τὰς ῥίζας τῶν πραγμάτων, C
καὶ πῶς αἰδέσιμον αὐτῇ τὸ βασιλείας χρῆμα.
ὕπνωττε μὲν Βασίλειος οὕτως ἀτημελήτως,
διερρωγόσι ῥάκεσιν ἐγκεκορδυλημένος,
οὐκ ἄργυρον οὐδὲ χρυσὸν οἴκοθεν ἐπηγμένος,
εἰς μόνας δὲ τὰς ἑαυτοῦ παλάμας ἀποβλέπων,
καὶ ταύτας φέρων ἀφορμὴν τοῦ πολυστόνου βίου.
ὕπνωττεν οὖν ἐπί τινος λιθοπλινθίνης κλίνης
ἀγχιθυρούσης τῷ ναῷ τοῦ θείου Διομήδους.
ἀλλ' ἐπὶ τούτοις ὄνειρος λευκόπτερος ἐπέπτη·
τὸν νεωκόρον τὸν ἐκεῖ τάχιον ἀφυπνίζει
προτρέπει τε συναγαγεῖν ἔνδον τὸν βασιλέα.
ἀποπηδᾷ τῆς ἑαυτοῦ κλίνης ὁ νεωκόρος,
ἐπὶ τὸ προτεμένισμα συντόμως βηματίζει, D
καταδαρθάνοντα λιτῶς Βασίλειον εὑρίσκει,
χαμεύνην, ἀνιπτόποδα, λυπρόν, ῥακιοφόρον·
πλάνην νομίζει τὸ φανέν, ἐκεῖθεν ἀποτρέχει.
καὶ πάλιν ὕπνος ἔπιπτεν ἐν τοῖς αὐτοῦ βλεφάροις,
καὶ πάλιν ὄνειρος ὁ πρίν, καὶ τοῦτο μέχρι τρίτου.
συνῆκε κατεφώρασε μόλις ὁ νεωκόρος·
ποιεῖται τὸν Βασίλειον ἐφέστιον αὐτίκα,
καὶ θεραπείας ἀξιοῖ τοῦτον τῆς προσηκούσης.
ἦν δ' ὁ Βασίλειος καλός, γενναῖος, γιγαντόχειρ,
εὐπάλαμνος, εὐρύστερνος ἥρως, στερροβραχίων.
ἐντεῦθεν οὖν κατὰ βραχὺ τὸ σθεναρὸν γνωρίσας

5220 βασίλειον M v. 5223 om R 5235 ἀνατρέχει M
5237 τοῦτον M 5239 ὑφέστιον AR

quo pacto radices rerum multo ante iecerit, et quam veneranda res sit imperium. forte cubabat alicubi consopitus Basilius, non refecto corpore, laceris pannis obsitus, capite convoluto et tecto. cubabat autem in pavimento quodam latericio, vicino divini Diomedis aedi. secundum haec somnium aedituo felix offertur, eumque similiter quiescentem excitat, et imperatorem intro iubet deducere. tum de lectulo suo desilit aedituus, et ad fani vestibulum recta descendit: Basilium tenuiter istic dormientem invenit, humi stratum, pedibus illotis, vestibus sordidis et pannosis obsitum. itaque pro quodam errore visum hoc oblatum sibi ducit, et inde discedit. rursusque obdormiscenti prius illud visum se offert, idque vice tertia. vix tandem aedituus rem intelligere coepit, et Basilium suas in aedes deducit et conveniente cura reficit. erat autem Basilius facie admodum venusta, generosus inprimis, manibus giganteis, pectore lato, robustis lacertis praeditus. itaque ex eo tempore paulatim

ἅπασιν ἐπὶ στόματος ἔκειτο μεγιστᾶσι.
P 107 καί τι μακρὰ καὶ περιττά; τῷ Μιχαὴλ ἐγνώσθη,
καὶ πρῶτα μέντοι φροντιστὴς τετίμητο τῶν ἵππων,
ἔπειτα καὶ παράκοιτος, πρᾶγμα Ῥωμαίοις μέγα,
καὶ τελευταῖον βασιλεὺς καὶ σὺν αὐτῷ διεῖπε.
τοῦ δὲ κρατοῦντος καταγνοὺς ὡς πότου καὶ μεθύσου
καὶ κώμοις ἐπιχαίροντος καὶ θεατρομανοῦντος,
κατὰ τῶν σπλάγχνων τῶν αὐτοῦ διήλασε τὸ ξίφος,
καὶ τὰ τοῦ κράτους ἥρπασε πρὸ χρόνου, πρὸ τῆς ὥρας.
Οὗτος εὐθὺς τὸν Φώτιον ὠθεῖ τῆς ἐκκλησίας,
καὶ πάλιν ἀποδίδωσι τὸν θρόνον Ἰγνατίῳ.
θελήσας δὲ καὶ τῷ κοινῷ χρήματα διαδοῦναι
καὶ διερευνησάμενος οἴκους χρυσιοφρούρους,
οἵ τινες πρὶν συνέσφιγγον τὰς τῶν χρημάτων λίμνας,
B καὶ βλέψας πάντας αὐχμηροὺς μηδ' ἄντλον εὐτυχοῦντας,
ἤλγει, βαρέως ἔφερεν, ἤλυεν, ἠδημόνει,
οὐκ εἶχεν ὅ τι γένοιτο, πάντοθεν ἠπορεῖτο·
ὁ βασιλεὺς γὰρ ἀπορῶν ὄλβου πολυταλάντου
ἄντικρύς ἐστιν ἀετὸς παλαιγενὴς τριγέρων,
ἀφῃρημένος τὰ πτερά, τοὺς ὄνυχας, τὸ ῥάμφος.
ἐντεῦθεν ὁ Βασίλειος ἤσχαλλεν, ἠδημόνει.
ὁ κράτωρ γάρ τοι Μιχαὴλ πάντα κατακενώσας
καὶ μίμοις χαρισάμενος συμπαίκταις καὶ συμπόταις,
οὐ μόνον γρῦπας δέδωκε χωνείᾳ καταχρύσους,

5244 στόμασιν A 5245 μικρὰ M 5248 διῆγε M 5256 χρυσιοφόρους AM 5258 ἄντλων R 5259 ἐμηχάνει AR 5262 παλαίτερος M

robur suum manifestum faciens in ore magnatibus universis erat. quid multis et supervacaneis verbis opus est? etiam Michaelo innotuit, ac primo quidem curatoris equorum dignitate cohonestatur; deinde fit accubitor, quae dignitas apud Romanos ingens est; tandem creatur imperator, ex quo iam tempore semper eodem in contubernio cum Michaelo degebat. cumque damnasset eum ceu vinosum ac temulentum, gladio viscera traiecit, et ante tempus imperium rapuit.

Initio Photium ecclesia pellit, et Ignatio thronum restituit. cumque liberalis in cives pecuniis erogandis esse vellet, perquisitis aerariis, quae prius ingentes pecuniarum copias continebant, cum omnia squalere cerneret nec hauriri quidquam ex eis posse, dolebat, rem graviter ferebat, inops consilii haesitabat, quid futurum esset ignorabat, undique coartabatur: nam egens imperator et magnis ab opibus destitutus reapse nihil est aliud quam aquila senio confecta, spoliata pariter alis unguibus et rostro. nimirum Michaelus imperator exhaustis omnibus, et in mimos collusores compotores profusis, non grypes tantum aureos conflaverat,

ἀλλὰ καὶ τὴν καλλίπρεμνον πλάτανον τὴν χρυσέαν,
ἐφ' ἧς καθῆστο χρύσεα παντοδαπὰ στρουθία, C
καὶ μέλος ἐτετύβιζεν ὡς ἀπὸ ζώσης γλώσσης,
καὶ τοῖς ἀκούουσιν αὐτῶν ἔκπληξιν ἐνεποίει,
ἐκθαμβουμένοις τὸ καινὸν τῆς μηχανῆς ἐκείνης.
ὃ δὲ καὶ πένθους ἄξιον καὶ θρήνων καὶ δακρύων,
λέξων ὁ λόγος ἔρχεται καὶ βαρυστοναχήσων.
ὁ μυριομαθέστατος ἐν φιλοσόφοις Λέων
τῷ φιλοκάλῳ βασιλεῖ τῷ Μιχαὴλ γενέτῃ
ἐξαίσιον εἰργάσατο σκεῦος ὡρονομίου,
δι' οὗ παρεῖχε καθορᾶν τῷ βασιλεῖ καθ' ὥραν,
ἐν μέσοις διατρίβοντι τοῖς βασιλείοις οἴκοις,
εἴ που τολμᾶταί τι καινὸν ἐν Ἄραψιν, ἐν Σύροις.
τελοῦντι γοῦν τῷ Μιχαὴλ ποτὲ διφρηλασίας D
Σύρων στρατὸς ἐξορμηθεὶς πρός τινος ἐμηνύθη
μετὰ βαρείας καὶ σφοδρᾶς καὶ βριαρᾶς τῆς ῥύμης.
ὅπερ ἀκούσας Μιχαήλ, καὶ δείσας μὴ τὸ πλῆθος
τοῖς ἀκουσθεῖσι ταραχθὲν τὸ θέατρον ἐκλείπῃ,
αὐτίκα τὸ μηχάνημα κελεύει συντριβῆναι.
φεῦ τῆς σκαιότητος αὐτοῦ! φεῦ τῆς φρενοβλαβείας!
φεῦ φεῦ, ὁποῖον θησαυρὸν ἠφάνισε Ῥωμαίων
ἄνθρωπος ῥυπαρόβιος, πότης βοσκηματώδης.
Καὶ ταῦτα μὲν ἀρκούντως μοι τεθρήνηται τῷ λόγῳ·
ὁ κράτωρ δὲ Βασίλειος ἤδη κατανοήσας
εἰς γόνυ φεῦ ὀκλάσασαν τὴν τῶν Ῥωμαίων τύχην

5270 γλώσσης ζώσης R 5275 βασιλεῦσι M 5280 δεινὸν R Σκύθαις M 5283 χρυερᾶς M

verum etiam platanum illam, in qua omnis generis aviculae considebant et non aliter cantillabant atque si linguas vivas haberent, auditoribus ad earum voces obstupescentibus machinamque novam et inusitatam admirantibus. lubet etiam aliud quiddam lacrimis et lamentatione dignum exponere. princeps ille philosophorum et infinitis eruditus disciplinis Leo Theophilo imperatori, Michaeli patri, plane inusitatum confecerat instrumentum horologii, per quod imperatori agenti in regia singulis horis spectandum exhibebat quidquid novi vel apud Arabes vel apud Syros tentatur. forte Michaelo curules ludos peragenti significatum est a quodam Syrorum copias domo profectas esse cum impetu gravi atque vehemente. qua re Michaelus audita, veritus ne multitudo perturbata hoc nuntio theatrum desereret, mox ipsam machinam confringi iussit. heu quanta fuit haec imperitia quantaque dementia! proh qualem Romanis thesaurum perdidit impurus homo, bibax, pecuinus!
Et haec quidem satis iam deplorata sunto. ceterum Basilius imperator, animadverso fortunam Romanam (heu) pervolutam in genua laba-

καὶ κινδυνεύουσαν πεσεῖν ἀθλίως ἐπὶ στόμα,
P 108 *μᾶλλον δ' εἰπεῖν ἐκλείπουσαν καὶ πνέουσαν τὰ λοῖσθα,*
δεῖν ἔγνω τὴν βασίλειον ἀναλαβεῖν σοφίαν
καὶ σῶσαι τὴν παρὰ μικρὸν νεκράν τε καὶ τυμβήρη.
ἐντεῦθεν κάματοι πυκνοὶ καὶ μέριμναι καὶ μόχθοι,
καὶ θώραξ περιστέρνιος καὶ σιδηροφορία,
καὶ πόλεμοι φιλαίματοι καὶ συνεχεῖς φροντίδες,
καὶ βίος ὑπασπίδιος καὶ κόρυθες καὶ λόγχαι,
καὶ βλέφαρον ὠμόϋπνον σπῶν οὐκ εἰς κόρον ὕπνον.
ἐντεῦθεν ἀνεσώσατο τὰ πράγματα Ῥωμαίοις,
καὶ τύχην τὴν γηράσασαν τὴν ἐκρυτιδωθεῖσαν
καλὴν τρυφεροπάρειον εἰργάσατο κορίσκην.
ἔγνωσαν τότε βάρβαροι θῆρα τὸν πρὶν ὑπνοῦντα
B *γενναίως ἀνεγρόμενον κατὰ τῶν ἀδικούντων,*
καὶ πάντες ὑποτρέσαντες ἔδυσαν εἰς τὰς λόχμας,
καὶ πάλιν ὑπερίσχυσεν ἡ τῶν Ῥωμαίων ῥάβδος.
Ἐπεὶ δὲ κλύδωνας φυγὼν Ἰγνάτιος τοῦ βίου
τοῖς εὐγαλήνοις οὐρανοῦ προσώκειλε λιμέσιν,
ὁ βαθυγνώμων Φώτιος, ἀεὶ διψῶν τοῦ θρόνου
καὶ σπεύδων ἐπιτεύξασθαι πάλιν τῆς ἐκκλησίας,
τοιόνδε τι βαθύτροπον καὶ σκολιὸν τεχνᾶται.
τῶν ὀνομάτων τὰς ἀρχὰς ἀπολαμβάνει μόνας
τοῦ βασιλέως, τῶν υἱῶν, ἀλλὰ καὶ τῆς Αὐγούστης,
καὶ τὸ βεκλὰς συντίθησι, καὶ τοῦτο σαφηνίσας,

5296 *μικρῷ* A 5300 *ἐπασπίδιος* AM 5306 *ἐγειρόμενον* M 5307 *εἰς τὰς τρώγλας* A, *ὀπὰς τρώγλων* M 5310 *λειμῶσιν* R 5312 *ἐπισπάσασθαι* A

scere, iamque illo in periculo versari ut in os misere collaberetur, vel rectius ut loquar, animo quasi defectam spiritus extremos ducere, regia sibi utendum sapientia statuit, et eius saluti consulendum quae tantum non esset mortua iamque sepulcro condenda. quapropter ex eo tempore nil nisi perpetui labores, sollicitudines, molestiae, thoraces circa pectus, arma ferrea, bella cruenta, galeae, hastae, oculi ad satietatem somno minime recreati. atque hoc modo rem Romanam restituit, et fortunam imperii iam senescentem ac rugas contrahentem rursus instar puellae vegetam et venustam effecit. agnovere tum barbari feram, quae prius sopita strenue nunc adversus iniuriarum auctores evigilarat. iccirco territi latebras subiere, potentia Romana rursus invalescente.

Cum autem liberatus vitae procellis Ignatius ad placidos iam caeli portus appulisset, astutus ille Photius, nunquam non throni cupidus, in hoc totus incumbens ut ecclesia rursum potiretur, huiusmodi quiddam sane versutum ac pravum molitur. solas primas literas nominum imperatoris, liberorum eius et Augustae sumit, atque inde Beclas componit,

τοῖς τότε σοφιστεύουσι πράγματα προξενῆσαι,
ἔδοξεν εἶναι βασιλεῖ μέγας ἐπὶ σοφίᾳ,
καὶ πάλιν τὸν πολύζηλον κατακληροῦται θρόνον. C
Ἀλλ' ἄρα νοῦς ἀκροσφαλὴς πᾶσι τοῖς γηγενέσι,
καὶ κῆρες σύμφυτοί τινες σύνεισι τοῖς ἀνθρώποις.
ὁ γὰρ πολὺς τὴν σύνεσιν οὗτος ἐν βασιλεῦσιν
ὑπό τινων ἀναπεισθεὶς ἀνδρῶν ὀφιοτρόπων,
οἳ δόλους ὑπορράπτουσι καὶ μηχανοπλοκοῦσι
καὶ φίλτατα διχάζουσιν ἀπὸ πατέρων τέκνα,
ἀπὸ μητρὸς θυγάτριον, ἀπὸ νυμφίου νύμφην,
οἷος ὁ Σανταβαρηνὸς ἐκεῖνος ὁ δυσδαίμων,
καθείργνυσι τὸν Λέοντα τὸν παῖδα τὸν οἰκεῖον
ὡς δῆθεν κατὰ τοῦ πατρὸς βρόχους ἱστάντα φόνου,
ἄνδρα φιλοσοφώτατον, γνώσεως πάσης πλήρη
καὶ πᾶσι τοῖς μαθήμασιν ἐμπαιδοτριβηθέντα,
ὃν συμφορῶν ἡ κάμινος καὶ τῶν κακῶν χωνεία D
χρυσὸν ἀπέδειξεν μηδὲν ὑπόχαλκον ἠχοῦντα.
ἐνταῦθα γόοι καὶ κλαυθμοὶ μητρὸς ποτνιωμένης
καὶ δεομένης τοῦ πατρὸς ὑπὲρ υἱοῦ δυστήνου·
ἀλλ' ἦν ἐκεῖνος ἄτεγκτος ἀμάλακτος ὡς πέτρα,
καὶ πρὸς στοργὴν τὴν φυσικὴν ἄλλος σκληρὸς Ἀδάμας.
ἦσαν ἐκεῖ θρηνήτριαι καὶ μονῳδοὶ γυναῖκες
πικρῶς ἀνακλαιόμεναι τὴν συμφορὰν ἐκείνην.

5317 προξενήσας M 5319 ἀπολαμβάνει M 5323 ἐνωτισθεὶς M ὀφεοτρόπων AR 5332 συμφοραῖς AM καθὼν M

eoque declarato, cum eius aetatis hominibus literatis negotii non partim exhibuisset, visus est imperatori vir esse magnae doctrinae ac sapientiae; ideoque solium ei patriarchicum redditur.

Sed enim mortalium mentes plurimum errant, et naturalia fata quaedam homines comitantur. nam imperator hic ceteroqui prudentissimus a vafris quibusdam hominibus persuasus; qui fraudes nectunt et machinationes struunt carissimosque liberos a parentibus disiungunt, a matre filiam, sponsum a sponsa; quorum erat e numero infelix ille Santabarenus, Leonem filium suum in carcerem compingit, quasi qui mortis laqueos patri texeret, cum is revera doctrinae studiosissimus esset, omni scientia copiose instructus, omnibus disciplinis a puero excultus. atque haec sane calamitatum fornax et malorum conflatorium Leonem probarunt auro similem esse, cui nihil aeris subesset. hinc orti ploratus et eiulationes matris sortem filii lamentantis et apud patrem pro eo deprecantis. sed erat durus, et instar saxi molliri non poterat: immo aeque parum ac adamas ab amore naturali erga filium flectebatur. adhibebantur mulierculae lamentatrices, quae praeficarum in morem naenias quasdam

οἶκος ἐκεῖνος πένθους ἦν καὶ στεναγμάτων οἶκος.
ἦν καὶ στρουθίον μουσικὸν ἐκεῖ κατὰ τὸν οἶκον,
ἔνθα πικρὸς ὀλοφυρμὸς καὶ γόος ἐξηχεῖτο,
ὅπερ ἀκοῦον συνεχῶς φωνῶν θρηνητηρίων
P 109 καὶ τὰς βοὰς ἐκδιδαχθὲν τὰς γοερὰς ἐκείνας
συνανωλόλυζεν αὐταῖς περὶ τοῦ νεανίου
καὶ προὔφερε τὸν Λέοντα καὶ συνθρηνεῖν ἐῴκει.
τούτου ποτὲ Βασίλειος ἀκούσας τοῦ στρουθίου
λαλοῦντος καὶ τὸν Λέοντα φέροντος ἀνὰ στόμα,
καὶ τοὺς παρόντας ἔνθερμον στάξαντας βλέψας δάκρυ
(ἦν δὲ λιπαροτράπεζον εὔοψον δεῖπνον τότε),
ἐνδίδωσι, μαλάσσεται τῆς σκληρογνωμοσύνης,
αἰδούμενος, ὡς ἔοικε, μή πως περὶ τὴν φύσιν
ἀσυμπαθέστερος αὐτοῦ φαίνοιτο τοῦ στρουθίου.
ἐξάγει τοίνυν τῆς εἱρκτῆς, καὶ πατρικὸν προσβλέπει.
B καὶ τοίνυν ἔτεσιν ὀκτὼ Ῥωμαίων βασιλεύσας,
καὶ μέλλων ἤδη τελευτᾶν καὶ καταντᾶν εἰς τύμβον,
εἰς τοῦτον τὸ βασίλειον κράτος μεταβιβάζει.
Τούτῳ ποτὲ τῷ βασιλεῖ πρόοδον ποιουμένῳ
κἀν τῷ ναῷ τοῦ μάρτυρος Μωκίου γενομένῳ
ἐπιπηδᾷ τις ἄγριος κατὰ τοὺς δαιμονῶντας,
ἄνθρωπος ἀστατούμενος τὸ σχῆμα καὶ τὸ βλέμμα,
καὶ ῥάβδῳ κατὰ κεφαλῆς πλήττει πληγὴν καιρίαν.
καὶ συλληφθεὶς καὶ βιασθεὶς εἰπεῖν τοὺς συνειδότας
οὐκ εἶχεν ὅ τι φθέγξαιτο· πάθει καὶ γὰρ ὠχλεῖτο.

5348 ἐπὶ R 5349 βλέπειν R 5352 παρὰ M v. 5355 om R

lugubriter accinerent et calamitatem Leonis acerbe deplorarent. domus universa nihil erat aliud quam luctus. aderat et canora quaedam avicula, quae frequenter voces illas lamentabiles audiens et eas edocta cum mulierculis adolescentem, expresso Leonis nomine, deplorabat. hanc aviculam cum aliquando Basilius loquentem audiret ac in ore nomen Leonis ferentem, simulque videret eos qui aderant lacrimas profundere, illico de ira nonnihil remittit, durum animum emolliri patitur, reveritus, uti quidem apparet, ne forte natura magis expers esse commiserationis quam avicula videretur. quapropter e carcere filium educit et paterno mitique vultu aspicit. moriturus autem hunc ipsum imperio praeficit.

Cum Leo quodam tempore processum institueret iamque pervenisset ad Mocii martyris aedem, vir quidam immanis, iis similis qui malis a geniis agitantur, tam gestibus quam vultu inconstans, in imperatorem prosiliens clava in caput eius impacta letale vulnus inflixit. comprehensus autem coactusque tormentis ad indicationem eorum quos facinoris conscios haberet, nihil dicere poterat, morbo graviter hominem vexante.

ἄνθρωπος δέ τις ἱερὸς πνεύματι θείῳ λάμπων
καὶ χάρισι κατάκομος (ὄνομα τούτῳ Μάρκος),
ἰδὼν βαρυθυμήσαντα δεινῶς τὸν βασιλέα C
καί τι καὶ πείσεσθαι δεινὸν ἐντεῦθεν οἰηθέντα,
φάρμακον ἀκεσώδυνον τοὺς λόγους ἐπιπάττων
προφητικῶς ἀνέκραγε στόματι καλλιγλώττῳ
"ὦ βασιλεῦ, μηδέπω μοι τὴν τελευτὴν προσδόκα,
μηδέ σοι καταθύμιος ὁ θάνατος γενέσθω·
δέκα καὶ γὰρ ἐνιαυτοὶ ζωῆς καὶ βασιλείας
παρὰ τῆς ἄνωθεν χειρὸς πεφιλοτίμηνταί σοι."
ὁ μὲν εἰπὼν ἐσίγησεν, ὁ βασιλεὺς δ' εὐθέως
καὶ τῆς πληγῆς ἐρράϊσε καὶ τῆς βαρυθυμίας.
ἡ δὲ τοῦ Μάρκου πρόρρησις γέγονεν οὐκ εἰς μάτην.
Οὗτος ἀλόχοις τέσσαρσιν ὁ Λέων συνεζύγη,
οὐχ ἡδονῇ νικώμενος, ἀλλὰ διψῶν τεκνῶσαι
καὶ παῖδας βλέψαι τῆς αὐτοῦ βλαστήσαντας ὀσφύος.
ἐκ τῆς τετάρτης τοιγαροῦν καὶ τελευταίας κύει D
παῖδα πορφυροβλάστητον τοὔνομα Κωνσταντῖνον.
ἀλλὰ γὰρ ἀτοπώτατον τοῖς τοῦ θεοῦ προσπόλοις
ἐδόκει τὸ γινόμενον παρὰ τοῦ βασιλέως,
τὸν γάμον ἐπεισαγαγεῖν τέταρτον, καὶ μολῦναι
τὴν ἄφθαρτον καὶ καθαρὰν νύμφην τὴν ἐκκλησίαν.
καὶ τοίνυν ὁ Νικόλαος, πρῶτος ὢν ἀρχιποίμην

5368 *κακὸν* R 5371 *κεφαλὴν* R 5378 *οὔτ' ἀλόγως. σὺν τέσσαρσιν ἀλόχοις* M 5379 *ἡδονῆς* MR 5385 *γὰρ ἐπιγαμεῖν* M 5386 *καὶ*] *τὴν* A

hic cum vir quidam sanctus, quique divino spiritu futura prospiceret ac variis donis ornatus esset, nomine Marcus, imperatorem gravi dolore correptum cerneret, existimantem aliquid amplius mali consecuturum, verbis medicinam ei faciens, tanquam mitigante dolorem pharmaco, vaticinium huiusmodi edidit: "noli, quaeso, imperator, appetiisse tibi vitae finem arbitrari, nec animum tuum cogitatio de morte subeat. nam tibi tam vitae quam imperii decem adhuc anni caelesti a manu concessi sunt." haec ille fatus obticuit. neque multo post imperator et animi dolore liberatus est et ex vulnere convaluit. Marci quidem vaticinium minime fuisse vanum eventus comprobavit.

Fuere Leoni uxores omnino quattuor, quas ordine duxit, non a libidine victus, sed ingenti procreandae sobolis desiderio, quo liberos ex se natos conspiceret. tandem ex quarta et ultima filium purpurigenam genuit, cui nomen Constantini datum. sed enim hoc Leonis factum dei ministris absurdissimum videbatur, progredi videlicet imperatorem quartas ad nuptias, et incorruptam puramque Christi sponsam ecclesiam polluere. quamobrem pastorum princeps Nicolaus os aperit, libertatem lo-

καὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν διέπων τηνικαῦτα,
λαλεῖ, παρρησιάζεται, πληροῖ τὸ τοῦ προφήτου,
λαλῶν θεοῦ μαρτύριον ἔναντι βασιλέων,
καὶ τὰς ἐκεῖθεν ἀπειλὰς οὐ πτήσσων οὐδὲ τρέμων.
B 110 οὕτως ὁ φόβος τοῦ θεοῦ βάλλει μακρὰν τὸν φόβον
τὸν ἐξ ἀνθρώπων δυνατῶν καὶ τὸν ἐκ τῶν κρατούντων.
ἐντεῦθεν ἐκδιώκεται τῆς ποίμνης καὶ τοῦ θρόνου,
καὶ δὴ καὶ κατακρίνεται τὰ τῆς ὑπερορίας.
ἕτερος δ' ἀντεισάγεται, πολὺς ἀνὴρ τὰ θεῖα,
ὃς ἐξ ὀνύχων ἁπαλῶν κἀκ πρώτης ἡλικίας
ζυγὸν τὸν θεῖον ὑπελθὼν τὸν τοῦ μονήρους βίου
οἴκησιν ἔσχεν Ὄλυμπον τὸν κατὰ τὴν Μυσίαν,
καὶ χάρισιν ἐξέλαμψε τὸ μέλλον προδηλούσαις.
οὗτος θεοῦ κελεύσαντος ἑνοῖ τὴν ἐκκλησίαν,
κατασχισθεῖσαν εἰς πολλὰς τομὰς καὶ διαιρέσεις
ἐπὶ παρανομήματι τῷ τῆς τετραγαμίας.
B Ὁ δὲ φιλοσοφώτατος ἐν βασιλεῦσι Λέων
περιπεσὼν ταῖς φυσικαῖς τοῦ σώματος ἀνάγκαις
καὶ νόσῳ χειμαζόμενος κίνδυνον ἀπειλούσῃ,
ἤδη πρὸς ἔτος εἰκοστὸν σὺν ἕκτῳ διιθύνας
τὸ κράτος τὸ βασίλειον καὶ τὴν Ῥωμαίων τύχην,
καὶ συνιδὼν τὸν θάνατον καὶ τὴν τοῦ σκήνους λύσιν,
κράτορας ἀναδείκνυσιν αὐτάνακτας αὐτάρχους
Ἀλέξανδρον τὸν ἀδελφὸν καὶ παῖδα Κωνσταντῖνον,
τοῦτο καὶ μόνον προειπὼν πνοαῖς ἐν ταῖς ἐσχάταις

5393 δυναστῶν MR 5406 ἐπαγούσῃ M vv. 5407—8 om R
5410 ἀναδείκνυται M κρατάρχους M

quendi usurpat, vatis verbum implet, dei testimonium coram regibus exponens nec minas ullas eo nomine reformidans. sic dei metus longe timorem abigit a viris potentia praeditis et rerum potientibus incussum. itaque Nicolaus grege suo et cathedra pellitur et solum vertere iubetur: substituitur autem ipsius loco quidam alius, sacrarum rerum longe peritissimus, qui a teneris unguiculis et aetate prima solitariam in Olympo Mysiae monte vitam egerat et dono vaticinandi praeditus erat. hic de mandato divino ecclesiam ad unitatem reduxit, multipliciterque distractam ac in partes divisam propter delictum Leonis quartas ad nuptias progressi.

Cum autem Leo doctissimus inter imperatores morbo correptus periculum vitae minitante, administrato iam per viginti sex annos Romanorum imperio, mortem imminere sibi animadverteret, Alexandrum fratrem et Constantinum filium imperatores creat, hoc solo in extremis re-

"βλέπω καὶ τὸν Ἀλέξανδρον ὡς κακοδότην χρόνον
κατὰ τρισκαίδεκα μηνῶν," ἄντικρυς τοῦτο λέγων,
ὅτι τοσοῦτον ἔσσεται τὸ κράτος Ἀλεξάνδρου.
Καὶ γοῦν οὐ διαπέπτωκεν ὁ λόγος, οὐδ' ἐσφάλη.
ὁ γὰρ Ἀλέξανδρος τρυφαῖς ἐσχολακὼς καὶ πότοις C
καὶ μόνον τὸν γαργαλισμὸν τοῦ σώματος φροντίσας,
ἄλλο δ' οὐδὲν κατάξιον τοῦ τηλικούτου κράτους
οὐ δράσας, οὐ φθεγξάμενος, οὐ σχὼν κατὰ καρδίαν,
ὡς ἄνθος ἔρρευσεν ὑγρὸν ἐκμαρανθὲν ἡλίῳ,
καὶ τάχιον ἐξέλιπε νόσοις ταχεῖς φθινάσι.
καὶ Κωνσταντῖνος γίνεται μόναρχος μονοκράτωρ,
ἔτι παιδίσκος ἁπαλὸς καὶ τρυφερὸς ὑπάρχων
καὶ βασιλείας κυβερνᾶν τὸ σκάφος οὔπω σθένων·
τῆς γὰρ ἡλικιώσεως ἕβδομον ἦγεν ἔτος.
ὃ καὶ πολλῶν παραίτιον γέγονε κακοτήτων,
καὶ θλίψεων ἐπότισεν ἅλμην τὸν βασιλέα,
εἰ καὶ τὸ τέλος αἴσιον τῶν πειρασμῶν ἀπέβη.
ὥσπερ γὰρ νεομόσχευτον ἀρτίφυτον δενδρίον, D
μήτε χειμῶνα κρυερὸν ὑπενεγκεῖν ἰσχύον
μήτε πνευμάτων προσβολὰς ἀγρίων δυσανέμων
μήτε ῥαγδαίους ὑετοὺς μήτε καυσώδη θάλψιν,
μὴ χαλαζῶν σφαιρώματα μηδὲ κρυστάλλου πῆξιν,
πνοαί ποθεν βαρυηχεῖς τινὲς ἐκφυσηθεῖσαι
ἢ χαλαζῶν πετρώματα νεφέθεν δισκευθέντα

5414 μετὰ M 5415 ἔσεσθαι M 5416 οὐδὲ σφάλλει M 5417 ἠσχοληκὼς M 5419 βασιλείου M 5420 καρδίας AR 5421 οἰκτρὸν M 5425 οὔπω τὸ σκάφος AM 5427 γίνεται M 5431 χειμῶνος M 5434 μήτε MR 5336 ποθὲν ἐκδισκευθέντα R

spirationibus iamque eo animam agente pronuntiato, "Alexandrum etiam (proh parcum malignumque tempus) post tredecim menses exactos video." Volebat autem significare regnum Alexandri tantillum temporis duraturum; quae sane Leonis vox minime vana aut fallax fuit. nam Alexander voluptatibus avocatus et compotationibus nimium indulgens et corporis tantum titillationibus deditus, nec ulla re tanto imperio digna vel opere vel verbis perfecta vel animo denique concepta, ceu flos solis efficacitate marcescens exstinctus est et a morbis celeriter absumptus. itaque solus mortuo Leone imperium Constantinus obtinuit, aetatis adhuc tenerae puer, qui imperii gubernationi parum aptus esset, annis immaturus, annos scilicet id temporis septem modo natus; quae res multis etiam malis occasionem praebuit mirificeque imperatorem afflixit, tamen etsi felicem exitum procedente tempore habuerit. quemadmodum enim arbor recens plantata, quae propter teneras adhuc radices frigi-

χειμάζουσι καὶ κάμπτουσι καὶ κλίνουσιν εἰς γόνυ,
καὶ καταμωλωπίζουσιν αὐτοῦ τὴν τρυφερίαν,
καὶ πάντοθεν προσβάλλουσιν ὡς ἐν πολιορκίᾳ,
φιλονεικοῦσαι τὸ φυτὸν προθέλυμνον ἐκτρῖψαι.
ἂν δὲ τὰς ζάλας δυνηθῇ φυγεῖν τὰς κακοπνόους
καὶ τὸν χειμῶνα τὸν βαρὺν καὶ τὴν ἐκεῖθεν βίαν,
P 111 γίνεται δοκιμώτερον ἅτε πολλὰ παλαῖσαν
καὶ χειμασθὲν πικροποιοῖς καὶ κακωτρίαις ὥραις·
φυτὸν γὰρ ἀνεμοτρεφὲς καὶ γυμνασθὲν ἀνέμοις
πολύ τι τὸ στερέμνιον, ὡς φασί, φύσει φέρει.
οὕτω κἀκεῖνος ὁ βραχὺς τὴν ἡλικίαν ἄναξ,
ὁ παῖς ὁ πορφυρόφυτος Λέοντος Κωνσταντῖνος
μόλις ποτὲ μετὰ μακροὺς ἡλίου περιδρόμους
τῶν συμφορῶν ἀποφυγὼν τὰς ἀλλεπαλληλίας
καὶ πειρασμῶν ἐπαγωγὰς καὶ θλίψεις δακεθύμους,
σύνεσιν ἐκαρπώσατο πολλῷ παγιωτέραν,
ὥσπερ ναυβάτης κυκηθεὶς πολυκυμίας ζάλαις
καὶ μόλις εἰς εὐγάληνον λιμένα καταντήσας.
πρῶτα μὲν γὰρ ὁ καρτερὸς ἐκεῖνος Κωνσταντῖνος,
B ὃν σχεῖν γενέτην λέγουσιν Ἀνδρόνικον τὸν Δοῦκαν,
χεῖρα πολλὴν συναγαγὼν εὔοπλον ἐσταλμένην
ἀθρόον ἐπιτίθεται τῷ πορφυροβλαστήτῳ,
τῆς νηπιότητος αὐτοῦ πάντως καταφρονήσας.
ἀλλὰ ψευδής, ὡς ὁ Δαβὶδ ψάλλει, πρὸς σωτηρίαν
ἵππος ὑψαύχην εὔσκαρθμος πτηνόπους φρυακτίας.

5440 τῷ φυτῷ A 5445 αὐτὸ M 5449 μικροὺς R 5450 ὑπενεγκὼν M 5453 κυκωθεὶς R πολυκυμίαις MR 5461 φρυγματίας AM

dam hiemem perferre nondum potest, neque ventorum saevissimos impetus neque imbres vehementiores nec aestus fervidos nec grandinem tempestatesque volantes tolerare, si ab ortis alicunde ventis aut grandine vexata nihilominus vim eorum graviorem effugiat et evadat illaesa, multo fit exploratior, cum arbor a ventis et sole exercita plurimum a natura roboris habere perhibeatur: sic etiam Constantinus hic, Leonis filius, in prima pueritia consecutus imperium, posteaquam vix multis elapsis annis de continuis calamitatibus aerumnis afflictionibus evasisset, prudentiam longe solidiorem ceu fructum quendam nactus est, instar nautae gravibus procellis iactati et vix tandem tranquillum in portum delati. nam primum fortissimus ille Constantinus, quem natum aiunt Andronico Duca patre, magna manu coacta praeclare armatorum hominum imperatorem subito invasit, puerili nimirum eius aetate contempta. verum enimvero fallax res est, uti Davides canit, ad salutem equus ferox, agilis, volucer, fremens. quippe Constantinus etiam de sella eque-

κἀκεῖνος οὖν ἐκσφαιρισθεὶς τῆς ἕδρας τῆς ἱππείας
πίπτει πρὸς γῆν κατενεχθεὶς, καὶ παρευθὺ τὸ ξίφος
γεύεται τούτου τῶν σαρκῶν καὶ βάπτεται τῷ φόνῳ.
ἄρτι δὲ τούτου τοῦ δεινοῦ χειμῶνος παρελθόντος
ἕτερος ἐπεγείρεται βαρύτερος ἐκείνου,
πολλῷ τοῦ πρὶν πικρότερος καὶ τῆς προτέρας ζάλης.
ὁ γὰρ Φωκᾶς ὁ μάγιστρος (ὄνομα τούτῳ Λέων), C
ἀνὴρ μεγέθει σώματος καὶ ῥώμῃ διαπρέπων
καὶ πᾶσαν τότε πιστευθεὶς Ῥωμαίων στρατάρχίαν,
ἰδὼν προσλαμβανόμενον παρὰ τοῦ βασιλέως
τὸν γέροντα τὸν Ῥωμανὸν τὸν ἀπὸ τῆς Λακάπης,
τοῦ ναυτικοῦ δρουγγάριον ὄντα τὸ τηνικαῦτα,
καὶ πάλαι μὲν τὴν ἔκφυλον ὠδίνων τυραννίδα
καὶ σκευωρῶν καθ' ἑαυτὸν τὰ τῆς ἀποστασίας,
ὅμως ἐπέχων τὴν ὁρμὴν (οὐ γὰρ καιρὸς ἐκάλει),
τότε καιροῦ δραξάμενος, ὡς ᾤετο, προσφόρου
ἐξέρρηξε τοῦ τοκετοῦ τὸ βάρος τοῦ δυστόκου
κἀκ τῆς γαστρὸς τὴν ἔχιδναν ἐξήνεγκεν εἰς φάος,
καὶ τρέφων πάλαι παρ' αὐτῷ σπινθῆρα δυσμενείας
τότε πυρὰν ἐξέκαυσε καμίνου πυριβρόμου.
καὶ τοίνυν προσποιούμενος ὑπὲρ τοῦ βασιλέως D
πάντα σπουδάζειν καὶ ποιεῖν καὶ συμφερόντως τούτῳ
ὡς δὴ παρὰ τοῦ Ῥωμανοῦ καταστρατηγηθέντι
ὁπλίζεται μετὰ στρατοῦ ῥυέντος πολλαχόθεν,
ἐκ Λυκαόνων, ἐκ Θρᾳκῶν, ἐκ Κόλχων, ἐξ Ἰβήρων,

5462 γὰρ M 5466 ὑπαγείρεται M 5468 μαΐστρος A τούτου A 5475 σκαιωρῶν A 5479 ἐξήγαγεν A 5484 καταστρατηγητοῦντος M 5485 πανταχόθεν M

stri excussus in terram praeceps corruit, et gladio protinus confossus est. ubi vix gravis illa tempestas praeteriisset, alia longe gravior exorta fuit. etenim Leo Phocas, dignitate magister, vir proceritate corporis ac robore insignis, cui Romani exercitus omnes erant crediti, cum receptum ab imperatore videret Romanum Lacapenum seniorem, rei navalis drungarium, iam olim tyrannidem parturiens, impetuque propterea represso quod necdum se offerret occasio, tum demum opportunitatem nactus, uti quidem arbitrabatur, commodam fetum illum suum in lucem edidit et viperam enixus est; quique iamdiu scintillam animi male affecti apud se nutrierat, tunc rogum accendit camini igne stridentis. etenim prae se ferens omnia nomine imperatoris ab se suscipi et eius ad utilitatem referri, qui a Romano artificiose ac astute circumscriptus esset, copias undique coegit et instruxit, Lycaonia, Thracia, Colchide, Iberia,

ἐκ Παμφυλίων, ἐκ Μυσῶν, ἐκ Σύρων, ἐκ Κιλίκων,
καὶ φάλαγγας συνηθροικὼς ὡσεὶ θαλάσσης ψάμμον,
ἄνδρας γενναίους μαχητάς, πάντας ἀγκυλοτόξους,
πῦρ ἐν πολέμοις πνέοντας, ἄνδρας ἀγχεσιμάχους,
καταστρατοπεδεύεται παρὰ τῇ Χρυσοπόλει,
τῆς Βυζαντίων πόλεως κατέναντι κειμένῃ,
ἣν οὐρανόπολιν εἰπὼν οὐκ ἄν τις διαμάρτῃ.
P 112 καὶ πίμπλησιν ἀρεϊκῶν ἀνδρῶν τὰς πεδιάδας,
καὶ πᾶσαν γῆν κατάχαλκον. ἀπήστραπτον αἱ λόγχαι,
ἀνέλαμπον αἱ κόρυθες, ἀσπίδες ἐπατάγουν,
ἀὴρ ἐπυραυγίζετο ταῖς ἐπιδορατίσιν.
ἦσαν ἐκεῖ χρυσάσπιδες, ἦσαν φαρετροφόροι,
εὔιπποι, χαλκοχίτωνες, πάντες σιδηροφόροι.
ἔφριξαν ἂν καὶ γίγαντες παρεμβολὴν τοιαύτην.
αὐτὸς μὲν οὖν βασιλειῶν καὶ κατὰ τοῦ κρατοῦντος
πάντα τυρεύων καὶ ποιῶν οὐκ ἔλαθεν εἰς τέλος·
τότε δὲ τέως πρόφασιν τὸν Ῥωμανὸν εὑρίσκων
προσεποιεῖτο κατ' αὐτοῦ τοῦ Ῥωμανοῦ στρατεύειν
καὶ τηλικαύτην συγκινεῖν φάλαγγα στρατευσίμην,
B προσράπτων τὴν ἀλωπεκῆν ἄγαν κακομηχάνως·
οὐ πάντῃ γὰρ τὴν λεοντῆν εἶχεν ἐφικνουμένην.
ὁ γέρων γὰρ ὁ Ῥωμανὸς τοῦ ναυτικοῦ κατάρχων
κἀκεῖθεν περικείμενος ἰσχὺν οὐ τὴν τυχοῦσαν,
ἰδὼν περιφερόμενον τῇδε κἀκεῖ τὸ κράτος

5488 ὅσον M 5489 γ. ὁπλίτας ἄνδρας ἀγκ. A 5492 Βυζαντίδος M κειμένης M 5493 εἰπεῖν A 5495 καταχαλκοῖ? 5496 ὑπέλαμπον M 5505 τηνικαῦτα M 5509 κἀντεῦθεν M

Pamphylia, Mysia, Syria, Cilicia, numero maris arenas aequante, quo continebantur milites egregie strenui, armati praeclare, ignem in proeliis spirantes, viros pugna stataria praestantes. hinc ad Chrysopolin castra metatur, sitam e regione Cpolis (quanquam non peccaverit qui urbem illam Uranopolim, hoc est urbem caelestem, cognominaverit), et campos viris bellicosis replet. totum eius regionis solum ex hastarum aere fulgebat, galeae resplendebant, scuta sonum efficiebant, aër ab hastarum cuspidibus coruscabat. aderant milites scutati, aderant sagittarii, equites, loricati, universis ferrum gestantibus. vel ipsis gigantibus eiusmodi castra formidini fuissent. Leonem autem cupidum regni contra imperatorem omnia fuisse molitum obscurum esse demum haud potuit. id quidem temporis Romanum occasionis loco nactus adversus eum se bellum gerere simulabat, et copiis amplissimis instructus nefarie vulpinam assuebat, leonina pelle non prorsus ad omnia se extendente. quippe Romanus senior, classis praefectus ideoque non exigua potestate

καὶ κυμαινόμενον δεινῶς ὡς ναῦν ἀστατουμένην,
ἣν ἄελλαι χειμέριοι στρέφουσι καὶ δονοῦσι
καὶ καταιγίδες ἄγριοι καὶ στρόφοι πνευματώδεις,
καὶ τὰ Ῥωμαίων πίπτοντα φύρδην καὶ κακοπότμως
ἅτε χειρὶ κρατούμενα παιδίου νηπιάχου,
τοῦ κράτορος ὑπέρχεται προσπόλους καὶ προκοίτους,
οἵπερ καὶ μᾶλλον εὐνοεῖν ἐδόκουν τῷ κρατοῦντι,
καὶ κοινωσάμενος αὐτοῖς βουλὰς κρυφιωτέρας
καὶ συσκευψάμενος αὐτοῖς καὶ συνδολοπλοκήσας C
καὶ μηχανὰς παντοδαπὰς πορφύρων βαθυβούλους
ἐσχηματίζετο τολμᾶν βιαίαν τυραννίδα
καὶ πᾶσαν φέρειν καὶ πτεροῦν πρὸς τοῦτο στολαρχίαν,
ὡς θροῦν ἐντεῦθεν ἄγριον κακόθρουν κυματίαν
ἐπικτυπεῖν καὶ σμαραγεῖν κατὰ τῶν βασιλείων.
καὶ πάντας κατασείεσθαι τῷ κλύδωνι τοῦ δέους,
ἕως ἡ πάντα στρέφουσα παλίπνοια τοῦ βίου
προσώκειλε τὸν Ῥωμανὸν αὐλαῖς ταῖς τῶν ἀνάκτων
ὡς ἐν ἀγκάλαις γαληναῖς ὅρμων ἀλεξανέμων.
τοῖς πρωτοβούλοις γὰρ πεισθεὶς ἢ μᾶλλον ἐπιβούλοις
ὁ βασιλεὺς τὸν Ῥωμανὸν ὡς φίλον οἰκειοῦται
καὶ τῆς ζωῆς καὶ τῆς ἀρχῆς φύλακα καθιστάνει,
εἴποι τις ἂν οὐκ ἀφυῶς, ἀλλ' οὐδ' ἀχαριτώτως,
τροχίλον ὁ κροκόδειλος, ἡ πίννα τὸν καρκίνον. D
ὁ τοίνυν Λέων ὁ Φωκᾶς, οὗ πρότερον ἐμνήσθην,

5512 χειμέριαι R 5520 πορφύρας R 5521 βιαίως A
5524 ἐπικύπτειν M ἐπὶ AM 5526 παλίνπλοια R, παλίπνοια M
5532 ἀφυῶς οὐδ' ἂν M

praeditus, animadverso imperii statum hinc et illinc fluctuare ceu navim quam hibernae tempestates gravissimae succutiunt, adeoque res Romanas collabi misere uti quae in tenerae admodum aetatis manu sitae forent, in amicitiam eorum imperatoris ministrorum et cubiculariorum se insinuat, qui praecipua complecti benevolentia imperatorem viderentur. cum his communicatis occultis consiliis, reque deliberata et fraudulenter instructa, tyrannidem aperta vi moliri se simulabat et ad invasionem eius classem universam adducere. quo factum est ut rumor dirus in aulam deferretur et universi gravissimo terrore percellerentur, donec tandem rerum humanarum vicissitudo, quae omnia solet immutare, Romanum ad aulam imperatoris traduxit velut ad tranquillum quendam portum. nam imperator a praecipuis consiliariis suis vel potius insidiatoribus persuasus Romanum tanquam amicum suum ad familiaritatem admittit, eumque tam vitae quam imperii sui custodem ac defensorem renuntiat, crocodilus scilicet trochilum, pinna cancrum: nam ita non inepte nec ineleganter quis de hoc facto pronuntiaverit. itaque Leo Phocas,

τὸν Ῥωμανὸν κατάρχοντα μαθὼν τοῦ βασιλέως
καὶ φέροντα καὶ στρέφοντα πρὸς τὸ δοκοῦν ὡς δοῦλον
τὸν ἄνακτα τὸν ἁπαλὸν ὄρπηκα τῆς πορφύρας,
ἐσκήπτετο παθαίνεσθαι δῆθεν ὑπὲρ ἐκείνου
καὶ τὸν στρατὸν εἰς ἄμυναν ἄγειν εὐνοίας νόμῳ,
τὸ δ' ἀληθὲς εἰς ἑαυτὸν ἐφείλκετο τὸ κράτος.
ἀλλ' ὁ δρασσόμενος σοφοὺς ἐπὶ ταῖς πανουργίαις
καὶ στρέφων διαβούλια καὶ τὰ κρυπτὰ γινώσκων
τὰς μηχανὰς τοῦ Λέοντος εἰς τοὐναντίον τρέπει,
καὶ λύκος μάτην ἐγχανὼν ὁ Λέων ἐγνωρίσθη.
P 113 ταῖς γὰρ βουλαῖς τοῦ Ῥωμανοῦ πειθόμενος ὁ κράτωρ
γραφὴν ἐρυθροσήμαντον πρὸς τὸν στρατὸν ἐκπέμπει,
κατηγοροῦσαν τῷ Φωκᾷ πρόδηλον τυραννίδα,
τῷ Ῥωμανῷ δὲ τἀγαθὰ προσεπιμαρτυροῦσαν.
ἐντεῦθεν φύρσις τῷ στρατῷ κακόχαρτος καὶ ζάλη,
καὶ κολοιὸς ξενόπτερος ἦν ὁ Φωκᾶς ὁ Λέων·
τὴν γὰρ γραφὴν τοῦ κράτορος, οἶμαι, δυσωπηθέντες
ἔφυγον πάντες, ἔρημον τὸν ἄθλιον λιπόντες.
ζωγρεῖται τοίνυν ὁ Φωκᾶς καὶ σβέννυται τὰς κόρας
καὶ λύχνους τοὺς τῶν ὀφθαλμῶν τυφλότητι ζοφοῦται,
καὶ πάλιν ἦν ὁ Ῥωμανὸς ἄγων καὶ φέρων πάντα.
B Πλὴν ἀλλ' ὡς μήτηρ πιστευθεὶς τὴν φυλακὴν τοῦ νέου
αἴφνης ἐφάνη μητρυιὰ δύσνους ἀντ' εὐνοούσης,
καὶ τοῦτο τὸ λεγόμενον, ἀποσοβῶν τοὺς λύκους,
ἵνα τὸ πρόβατον αὐτὸς σπαράττοι καὶ θοινῷτο.

5535 βλέπων M 5540 ἐφ' M

cuius mentionem modo faciebamus, intellecto imperatorem a Romano regi ceu mancipium quoddam, prae se ferebat quasi eam rem moleste ferret animoque benevolo copias eius defendendi causa secum adduceret, cum reapse imperium sibi quaereret. sed enim is qui callidos in versutia sua capit et consilia invertit secretaque cognoscit, molitiones Leonis in contraria vertit, ideoque Leo frustra rem aggressus hianti lupo similis factus est. nam Romani consiliis obtemperans imperator literas rubrica subscriptas ad exercitum mittit, quibus apertam Phocae tyrannidem accusabat et egregium Romano testimonium perhibebat. tum vero magna inter milites oriri perturbatio, et Leo Phocas mox graculus ille plumis alienis ornatus fieri. quippe universi literas imperatorias, ut arbitror, reveriti misero Phoca deserto aufugiebant. venit ergo vivus in hostium potestatem, et oculis spoliatur.

Ex eo tempore cuncta per Romanum administrari, qui recepta in se iuvenis custodia, tanquam si mater eius esset, subito se novercam hostilem probabat; et quod proverbio dici consuevit, lupos terrebat et abigebat, ut ovem ipse dilaniaret ac devoraret. imperator enim ratus

ὁ μὲν γὰρ ἄναξ Ῥωμανὸν εὔνουν νομίσας εἶναι
καὶ κηδεμόνα τῆς ζωῆς καὶ τηρητὴν τοῦ κράτους
πρῶτα μὲν μάγιστρον τιμᾷ, μέγαν ἑταιρειάρχην,
εἶτα τῇ δόξῃ προστιθεὶς ἄλλην μείζονα δόξαν
καὶ πρὸς ἀκρώρειαν ὑψῶν ἐκ τῶν χθαμαλωτέρων
πατέρα καὶ προφύλακα ποιεῖ τῆς βασιλείας.
καὶ πλέον ἐφελκόμενος τὸν Ῥωμανὸν εἰς φίλτρον
ἐχέγγυα προγάμια νέμει τῇ τούτου κόρῃ.
ἤδη δὲ γαμοδαίσια μέλλων τῆς νύμφης θύειν,
καὶ τὸν γυναικοπάτορα κράτορος στέφει στέφει. C
ταῦτα μὲν οὖν ὁ βασιλεὺς εἰς Ῥωμανὸν ἐποίει,
ἐκεῖνον ἐφελκόμενος, ὡς ᾤετο, πρὸς φίλτρον.
ὁ δὲ βαθύνους Ῥωμανὸς πολλὰ βυσσοδομεύσας
καὶ κρατυνάμενος αὐτῷ πάντοθεν τὰ τοῦ κράτους,
ὡς βασιλεῖ ὡς ἄνακτι ζεύξας τὴν θυγατέρα,
ἐκ τοῦ τετρώρου τῆς ἀρχῆς φεῦ τῆς παπποπατρῴας
τὸν πορφυρόβλαστον γαμβρὸν κύμβαχον ἐκδιφρίζει,
καὶ μόνον χαρισάμενος ὄνομα βασιλείας
τῷ δυστυχεῖ καὶ δυστυχῶς αὐτὸν προσλαβομένῳ
αὐτὸς ἐπιλαμβάνεται τῆς ἡνιοστροφίας,
καὶ βασιλεὺς ὁ Ῥωμανὸς κἂν ταῖς ἁπάντων γλώσσαις,
ὁ Κωνσταντῖνος δ' οὐδαμοῦ· τύχη γὰρ ἐνεκότει D
καὶ κατεκάλυπτεν αὐτὸν ὥσπερ ἀστέρα νέφος.
καὶ μὴν εἰς κόρον μετασχὼν τοιαύτης ἀμβροσίας
οὐ μέχρι τούτων ἔστησε τὸ λαιμαργὸν τῆς γνώμης,

5562 μαΐστρον A 5569 στέφος στέφει A 5574 βασιλεὺς AR
5579 τὰς A

capere sibi Romanum quam honestissime, adeoque virum illum imperii sui patronum et conservatorem esse, primo magistrum creat et magnum societatis praesidem. deinde huic dignitati maiorem aliam adiiciens, deque humili condicione Romanum ad verticem rerum evehens, patrem et custodem imperatoris nuncupat. denique artiori amoris vinculo sibi hominem adiungens sponsalia cum eius filia contrahit; iamque nuptias celebraturus socerum imperatoria corona redimit. haec imperatoris erant in Romanum beneficia, quibus eum se putabat ad amorem sui excitaturum. at occulto praeditus animo Romanus, multa suo corde tegens et ab omni parte sibimet imperium stabiliens, ut qui iam imperator esset ac imperatoris socer, natum in purpura generum tandem avito patritoque imperio deiicit, et solo imperatoris illi nomine relicto gubernationem universam in se transfert. itaque Romanus imperator omnibus erat in ore, Constantinus nemini; cui scilicet adversaretur fortuna, quemque non aliter obscuraret atque nubes stellam occulere solet. quin etiam Romanus hac ambrosia fruens ad satietatem usque nequaquam hic animi sui libidini

ἀλλ' ὅλον τὸν ἀλλότριον ἄρτον κακῶς ἁρπάσας
ἐψώμισε τοὺς ἑαυτοῦ, τὸν ἔχοντα τὸν ἄρτον
καταλιπὼν λιμώττοντα· τοὺς γὰρ ἰδίους παῖδας
καὶ Χριστοφόρου τὸν υἱὸν παιδὸς τοῦ πρωτοσπόρου
κράτορας ἀνεκήρυξεν ἄνακτας αὐσονάρχας.
τὸ δέ γε θυμαλγέστερον καὶ μεῖζον εἰς πικρίαν
καὶ τῶν ὀστῶν ἁπτόμενον αὐτῶν καὶ τῆς καρδίας,
ἐπίπροσθεν ἐτίθετο πάντας τοῦ Κωνσταντίνου
ἐν ταῖς ἀνακηρύξεσιν, ἐν γράμμασιν, ἐν θρόνοις.
P 114 ἦν οὖν μυριοκέφαλος ἐν βασιλείοις ὕδρα,
καὶ λήϊον ἀνέβαινεν ἄντικρυς βασιλέων,
ὡς τοὺς σπαρτοὺς τοὺς γηγενεῖς ὁ μῦθος ἀναπλάττει,
πλασθέντας ἀπὸ δράκοντος ἄνδρας ὀδοντοφύτους,
καὶ μέσον ἦν ὁ τληπαθὴς τῆς ἁλουργίδος στάχυς
ὡς ῥόδον συμπνιγόμενον ἀκάνθαις ὀξυκέντροις.
Ἀλλ' ὅτε πάνθ' ὁ Ῥωμανὸς ἔφθη κατοχυρώσας
καὶ τεῖχος Σεμιράμιδος ἄντικρυς κρηπιδώσας
ἢ πύργον γιγαντόκτιστον χαλάνης ἀσφαλτώσας,
τότε πεσὼν ἐπὶ βρεχμὸν καὶ νῶτα κατεάγη
καὶ τῆς ἀρχῆς ἐκκυλισθεὶς τάλας ἐταρταρώθη.
ὁ γὰρ πορφυροφύτευτος αὐτάναξ Κωνσταντῖνος
ἤδη σφριγώσης ἐπιβὰς ἀνδρώδους ἡλικίας,
B ὅτε πυρσὸς φρονήσεως ἀνθρώποις ἐπιλάμπει,

5589 αὐσονάρχους A 5597 βλαστόντας R 5600 εἶχε AR καταχειρώσας A 5602 γιγαντόχαρτον M 5604 ἐτανταλώθη AR 5605 πορφυροβλάστητος M

modum statuere volebat, sed alieno pane toto quasi praerepto suos pascebat, esurire cogens illum ad quem is reapse pertinebat. filios enim suos, et cum eis Christophorum ex primogenito nepotem, imperatores renuntiavit; quodque dolorem gignere maiorem posset ipsumque cor et ossa penetrare, tam in praeconiis publicis quam literis et consessibus omnes ante Constantinum collocabat. quo fiebat ut hydra multorum capitum esset in regia, quasique seges imperatorum haud aliter enasceretur atque olim satos illos terrigenas provenisse fabulae perhibent, hominibus ex draconis dentibus, qui sparsi fuerant in terram, ortis. misera vero purpureae spica in horum medio premebatur, quemadmodum a spinis rosam suffocari videmus.

Cum autem omnia Romanus iam satis se muniisse crederet, ac aedificii Semiramidis fundamenta iecisse, vel quandam quasi Chalanes turrim a gigantibus exstructam ex asphalto condidisse, collapsus in occiput etiam tergum fregit, imperioque deiectus miser in praeceps corruit. quippe Constantinus ubi virilem aetatem attigisset, qua prudentiae fax

προβόλους προσλαβόμενος ἄνδρας ἀγαθοτρόπους
ὡς Ἡρακλῆς Ἰόλεων, ὡς ὁ Θησεὺς Πειρίθουν,
τὰς ὀφιώδεις κεφαλὰς τῆς ὕδρας ἐκθερίζει
καὶ πρὸς ἀλλήλων τοὺς σπαρτοὺς πεσεῖν παρασκευάζει,
τὸ δὲ παχὺ καὶ θολερὸν ἀπορραπίσας νέφος
καθαρωτέρας τῆς ἀρχῆς ἀκτῖνας ἀποστίλβει.
πρῶτα μὲν οὖν ὁ Ῥωμανὸς ἤδη πρὸς γῆρας φθάσας,
ἤδη τριγέρων γεγονὼς κατὰ τοὺς μακρογήρως,
καὶ πλεῖστον μὲν διηνυκὼς ἐπὶ τῷ κράτει χρόνον
καὶ πέντε πρὸς τοῖς εἴκοσι χρόνους σκηπτροκρατήσας,
πάντας δὲ πλήσας δωρεῶν καὶ πάντας εὖ ποιήσας, C
ὑπὸ τῶν παίδων ἑαυτοῦ ῥιπτάζεται τοῦ θρόνου
καὶ τρίχας ἀποκείρεται τὰς πρὶν στεφοκοσμήτους,
εἴποι τις ἄν, ὑπὸ Διὸς πρεσβυγενὴς ὁ Κρόνος.
εἶτα τοὺς παῖδας Ῥωμανοῦ τοὺς κακεντρεχεστάτους
ὁ πορφυρόρηξ συλλαβών, ὁ κράτωρ Κωνσταντῖνος,
ἐξοστρακίζει θέμενος ἀθρόον νησιώτας.
καὶ τότε πρῶτον ἔβλεψε τὴν γραῦν τὴν βασιλείαν
ὡς κόρην χρυσοσπάταλον, ὡς μαργαροφοροῦσαν,
ὡς ἁβροχίτωνα στιλπνήν, ὡς τρυφερευομένην,
καὶ προσγελῶσαν καπυρὸν καὶ προσλαλοῦσαν τούτῳ,
καὶ συνιοῦσαν νυμφικῶς ἐπὶ παιδογονίᾳ.
Οὗτος τὸν Βάρδαν τὸν Φωκᾶν στρατάρχην καθιστάνει,
ὃν τῶν σχολῶν δομέστικον εἴποιεν ἂν Ῥωμαῖοι, D
τομίαν δὲ Βασίλειον, ἕνα τῶν ἀποκόπων,

v. 5611 om R 5613 δ αὐτὸς M v. 5617 om R
5624 ἀθρόως M 5627 τερπνὴν AM 5629 παιδικῶς R

in homine collucere solet, viris bonis in consilium adhibitis, uti nimirum Hercules Iolaum, Theseus sibi Pirithoum adiunxit, serpentina hydrae capita resecuit, et satis illis terrigenis inter se commissis effecit ut alter alteri mutuum exitium afferret. deinde densa et caliginosa nube pulsa radios imperii puriores emitit. primum igitur Romanus, iam senio confectus, longo tempore potitus imperio, totis nimirum 25 annis, omnibus sibi per munera beneficiaque devinctis, a suismet filiis raditur et throno deiicitur, non aliter atque priscus ille Saturnus a Iove regno spoliatus fuisse fertur. quo facto Constantinus imperator natus in purpura filios Romani longe nequissimos comprehendit et quandam in insulam relegavit. atque hoc primum tempore vidit imperium, anui simile, tanquam puellam auro luxuriantem et uniones gestantem, eleganti vestitu fulgere, sibique tum arridere tum familiariter adesse.

Bardam Phocam exercitibus praeficiebat, creatum scholarum, ut Romani loquuntur, domesticum: Basilium vero eunuchum, qui Lacapeni filius

φύντα τῷ Λακαπηνῷ σκοτίων ἐκ σπερμάτων
παράκοιτον καὶ φύλακα τῆς βασιλείου κλίνης.
ἐπεὶ δ' ὁ Βάρδας ἔσβεστο τὴν πρὸς τὰς μάχας θέρμην
καὶ τὴν ὀξύρροπον ὁρμὴν (ἔψυχε γὰρ τὸ γῆρας),
εἰς Νικηφόρον τὸν Φωκᾶν τὴν στραταρχίαν τρέπει,
εἴποι τις ἄν, ἐκ λέοντος εἰς τὸν ἐκείνου σκύμνον.
υἱὸν δ' ἰδεῖν εὐτυχηκὼς ἰδίας ἐξ ὀσφύος,
ὃς ἐξ Ἑλένης Ῥωμανοῦ τῆς θυγατρὸς ἐξέφυ,
κατονομάζει Ῥωμανόν. ἐλάσαντα δ' εἰς ἥβην
καὶ γαμετῇ συζεύγνυσι, καὶ βλέψας υἱοῦ γόνον
Βασίλειον τὸν μέγιστον ἐπὶ τροπαιουχίαις,
P 115 *καὶ βρέφος ἐπαγκάλιον βαστάσας τὸν τοσοῦτον,*
καὶ πέντε χρόνους μετασχὼν τοῦ κράτους ἀθολώτου,
καὶ μέλλων ἀπολύεσθαι τῶν φυσικῶν συνδέσμων,
αὐτάνακτα καθίστησι τὸν Ῥωμανὸν τὸν παῖδα.
Ἀλλ' οὗτος ἅπασαν ἰσχύν, ἅπασαν δυναστείαν
κακοῖς καὶ μικρογνώμοσιν εὐνούχοις ἐπιτρέψας,
θήρας αὐτὸς ἐφρόντιζε καὶ κυνηγετημάτων
καὶ δαιμονίως ἔχασκε πρὸς τὰς κυνοδρομίας.
τότε τὴν Κρήτην δυσμενῶν Ἀρράβων κατασχόντων
καὶ κραταιὸν κρησφύγετον θεμένων τὰ τῆς νήσου
καὶ κακουργούντων τὴν ὑγρὰν καὶ πάντα λῃστευόντων,
ὁ Νικηφόρος ὁ Φωκᾶς (ἦν γὰρ ὀξὺς ἐν μάχαις
B *καὶ τὴν ὁρμὴν ἐμπύριος καὶ δραστικὸς τὰς χεῖρας)*
στολάρχης ἀναδείκνυται, πιστεύεται τὴν μάχην,

5633 *κρυφίων* A 5636 *ἔψυξε* A 5644 *ὑπαγκάλιον* AR *τὸ τοιοῦτον* M v. 5645 om R 5649 *ἀνθρώποις* M

naturalis erat, accubitorem fecit et imperatorii lecti custodem. exstincto autem propter senectam in Barda fervore quem praelia poscunt, et impetu celeri ad res gerendas, in Nicephorum Phocam copiarum gubernationem transtulit, hoc est a leone in eius catulum. nactus eam felicitatem ut filium ex se atque Helena Romani filia natum videret, eum ipsum Romanum appellavit. ubi iam adolevisset ac pubes factus esset, uxorem ei dedit; ex quo filii coniugio nepotem vidit Basilium, principem longe victoriosissimum. tandem exactis in imperio quinque annis absque socio et perturbatione, vitae finem facturus Romanum filium imperatorem renuntiat.

Is vero potestatem universam malis et imbellibus eunuchis tradens capiendis fetis et venando miserandus occupabatur. hoc imperante Cretam insulam Arabes ceperunt, et receptaculo in ea firmo collocato mare passim infestum praedis agendis reddebant. quapropter Nicephorus Phocas, vir acer in bello et tam animo quam manu promptus, classis imperator et belli dux constituitur; qui mox navibus universum mare com-

πληροῖ τὴν θάλασσαν σκαφῶν εὐστόλων καλλιπρώρων,
κατὰ θηρίων στέλλεται τούτων τῶν ὑγροχέρσων,
μάχην συνάπτει καρτεράν, ἡττᾷ τοὺς ἀντιμάχους,
βυθίζει τὰς πειρατικὰς ἀκάτους τῶν Ἀρράβων,
χειροῦται καὶ τὸν λήσταρχον τὸν πάντολμον ἐκεῖνον,
καὶ τὸν γιγαντοπάλαμον ὡς βρέφος συλλαμβάνει.
ἐκεῖθεν ἀναζεύξας δὲ μετὰ λαμπρῶν τροπαίων
πολυτελέσι καὶ φαιδροῖς θριάμβοις ἐπομπεύθη.
Τότε καὶ πόλιν τὴν καλήν, τὴν πόλιν Ἀντιόχου
τὴν εὐγενῆ, τὴν εὐπρεπῆ, τὴν νυμφοκοσμουμένην
Ἰσμαηλῖται φονικοὶ δορύκτητον λαβόντες C
ὡς τρίδουλον κατῄσχυναν, ὡς τριοδῖτιν πόρνην.
καὶ πάλιν ὁ τρισαριστεὺς σπᾶται Φωκᾶς ῥομφαίαν,
πάλιν κινεῖται κατ᾽ ἐχθρῶν αἱμοχαρῶν ἐκφύλων.
τοὺς ἀλλοφύλους ῥήγνυσι, ὑπερμαχεῖ συμφύλων,
καὶ πάλιν τὴν εὐσχήμονα τὴν εὐχρουστάτην κόρην
ἐπανασώζει τῇ μητρὶ τῇ καλλιτεκνωτάτῃ.
Ἔτι δὲ τότε τοῦ Φωκᾶ τὴν μάχην συγκροτοῦντος
τὸν κράτορα τὸν Ῥωμανὸν θάνατος ἀναρπάζει,
τῇ γαμετῇ Θεοφανοῖ τὸ κράτος λελοιπότα
καὶ τοῖς παισὶ τοῖς ἐξ αὐτῆς νεογενέσιν οὖσιν,
κεκρατηκότα ἔτεσι τέσσαρσι πρὸς τοῖς δέκα.
ἀκούει ταῦτα καὶ Φωκᾶς, ἐκεῖθεν ἀποτρέχει
καὶ πρὸς τὴν μεγαλόπολιν καταταχήσας φθάνει,

5662 *χειροῦται τὸν ἀρίσταρχον* M 5663 *γιγαντοπόλεμον* M 5665 *λαμπροῖς* AM *θεάτροις* A *ἐκπομπεύει* A 5666 *λαμπρὰν* M 5671 *καὶ μοχθηρῶν* M 5672 *ἀλλ'* R 5678 *αὐτοῦ* A v. 5679 om R 5681 *καταταχύνας* M

plet, et contra belluas pedestres pariter ac marinas ablegatur. pugnam inde cum hoste conserit, eumque magno praelio vincit: piraticas Arabum naves demergit, ipsum principem praedonum, hominem audacissimum et giganteum bellatorem, velut puerum capit. hinc e Creta splendidissimis cum tropaeis solvens triumphos magnificos et laetitiae plenos peragit.

Eodem tempore nobilem ac pulchram urbem in morem puellae ornatam Antiochenam Ismaelitae homicidae ceperunt et in servitutem redegerunt ac velut meretricem in trivio stantem habuerunt. quapropter rursum Phocas ille victoriosissimus hostem movet, alienigenas frangit, pugnat pro suis, rursum honestam et boni coloris puellam matri pulchrorum liberorum parenti, id est Romano imperio Antiochiam, restituit.

Dum istic bellum gerit, Romanus imperator e vivis excessit, uxori Theophanoni et liberis, quos ex ea susceperat, imperio relicto. cuius rei fama Phocas ad se perlata itinere celeri Cpolin proficiscitur, ibique

τῶν ἀθεμίτων ἀγωγοί, σωλῆνες κακουργίας."
ἤκουσε ταῦθ᾽· ὁ στρατηγός, ἤγειρε θυμοῦ φλόγα.
κἀντεῦθεν ὁ κοιμώμενος ὀρεσιβάτης λέων
D ὑπήνοιξε τὸ βλέφαρον καὶ βρυχηθμὸν ἀφῆκε,
καὶ φόβος περιέδραμε λόχμας δρυμῶνας ὄρη.
κράτωρ δ᾽ ἀναγορεύεται, φθάνει τὴν Κωνσταντίνου,
ἄνευ κινδύνων εἴσεισι, βλέπεται, βλέπει, τέρπει.
καὶ πᾶν τὸ πλῆθος προχυθέν, ὁπόσον ἐν δημόταις,
ὁπόσον τῇ λαμπρότητι τοῦ γένους ἐκυδροῦτο,
ὁπόσον ἐν ἐργατικοῖς, ὅσον ἐν εὐπαρύφοις,
πρὸ πάντων ἡ βασίλισσα σὺν τοῖς ἱερομύσταις,
ὑπτίαις ὑποδέχονται τὸν ἄνδρα ταῖς παλάμαις.
καὶ ψήφῳ γίνεται κοινῇ κράτωρ ὁ Νικηφόρος·
ἦν γὰρ στρατηγικώτατος, εὔτολμος, βριαρόχειρ,
καμάτοις ἀταπείνωτος, ἄκμων στερρὸς εἰς πόνους.
P 117 καὶ μίγνυται Θεοφανοῖ τῇ πρῴην βασιλίδι,
καὶ πρὸς τοὺς παῖδας Ῥωμανοῦ σχέσιν πατρὸς δεικνύει.
Τότε Φωκᾶς τὸ τῆς ψυχῆς ἐγνώρισεν ἀνδρῶδες
καὶ τὸ τολμηροκάρδιον καὶ τὴν πρὸς μάχας θέρμην.
εἶχε μὲν γὰρ παράστημα ψυχῆς εὐγενεστέρας,
καὶ τὸ στερρὸν μὲν καρτερὸν ὑπέφαινεν ἀρχῆθεν,
καὶ τὸν τεχνίτην ἱππαστὴν μακρόθεν παρεγύμνου·
τῆς δὲ τοῦ δρᾶν δυνάμεως κειμένης παρ᾽ ἑτέροις
αὐτὸς τὸ γενναιόθυμον ἔσμυχε κατὰ βάθους,

5731 πονηρίας R 5733 ὀρεσιτρόφος AR 5738 ἐκχυθὲν M
5739 ἐκεδνοῦτο M 5741 ἱεροθύταις AR

rerum nefariarum tubuli, canales improbitatis?" his auditis animus ducis excandescit, et leo prius quiescens oculos aperit ac rugitum edit, ob quem formido lustra saltus montes est pervagata. mox imperator renuntiatur, Cpolin occupat, urbem absque ullo periculo ingreditur, a civibus conspicitur, conspectu suo omnium omnino animos recreat. simul obviam ei se offert urbana multitudo, necnon patriciorum ordo, praetextati, ex officinis operarii. ante omnes alios imperatrix cum sacerdotibus hominem supinis manibus excipit, iamque decreto communi omnium ordinum Nicephorus imperator creatur. erat enim artis bellicae peritissimus, audax, robustus, aerumnis haud quaquam cedens, incudis in morem labores constanter perferens. secundum haec imperatricem Theophanonem sibi matrimonio copulat, et erga Romani liberos affectionem quandam animi paternam declarat.

Praecipue vero probabat in imperio virilitatem pectoris et in proeliis ardorem. quippe generosi erant in Phoca impetus animi, suaeque constantiae documenta statim ab initio dabat, iamdudum ostendens se ar-

ὡς ὁ δαλὸν ἐν σποδιᾷ σπέρμα πυρὸς φυλάττων.
ὡς δ' ἐπελάβετο καιροῦ καὶ τῆς τοῦ δρᾶν ἰσχύος,
καὶ πάντα στρέφων ὁ τροχὸς τοῦ παλινδρόμου βίου
αὐτὸς αὐτὸν ἐπέστησε τοῖς εὐαρμάτοις δίφροις, B
τότε δὴ τότε καὶ Φωκᾶς ὡσεὶ πρηστὴρ ἐρράγη,
καὶ πάσας περιέδραμε φυλὰς βαρβαροφύλους,
πῦρ ἐμπεσόν, ἂν εἴποι τις, ἐν λόχμῃ πολυξύλῳ
καὶ πνεύμασι σοβούμενον καὶ πανταχοῦ διέρπον
καὶ πᾶν φυτὸν βοσκόμενον καὶ πᾶν χλωρὸν ἐκκαῖον.
ἔτρεσαν Ἄρραβες αὐτόν, ὑπέκυψεν ὁ Σύρος,
ὁ Κίλιξ ἐδραπέτευσεν, ὁ Φοῖνιξ ὑπεστάλη,
καὶ πάλιν ἀπεδίδοντο Ῥωμαίοις τὰ Ῥωμαίων·
οὕτως ἀπρόσμαχος Φωκᾶς ἦν τοῖς ὑπεναντίοις.
ὁ κύκλος γὰρ τῶν ἀρετῶν ἀμφέστεφε τὸν ἄνδρα,
καὶ πᾶν καλὸν ἠγλάϊζε, πᾶν ἀγαθὸν ἐκόσμει,
ἰσχύς, ἀνδρία, φρόνησις, πραότης, σωφροσύνη.
ἀλλὰ γὰρ ἄμωμος οὐδεὶς τῶν ἐπὶ γῆς ἀνθρώπων, C
κἂν ἐπὶ τὴν ἀκρώρειαν τῆς ἀρετῆς ἐλάσῃ.
καὶ γοῦν ὁ καλλιστέφανος Φωκᾶς ὁ τηλικοῦτος
ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις ἔλαμπε καλοῖς τοῖς κατὰ σῶμα,
καὶ τὴν ψυχὴν ὑπέφαινε χάρισι λαμπομένην
ὡς νύμφην ἁβροκόσμητον, ὡς τρυφερόχρουν κόρην·
τοσοῦτον γὰρ τοῦ τῆς ψυχῆς ἐπεμελεῖτο κόσμου
Μετὰ Νῖνον ἐβασίλευσεν Ἀσσυρίων Θύρρας τις τοὔνομα, ἔτη λ', ὃν καὶ μετεκάλεσαν Ἄρεα εἰς ὄνομα τοῦ πλανήτου ἀστέρος, ᾧ τινὶ Ἄρει πρώτην στήλην ἀνέστησαν οἱ Ἀσσύριοι, καὶ ὡς θεὸν μέχρι τοῦ νῦν προσκυνοῦντες καλοῦσι Περσιστὶ Βάαλ θεός, ὅ ἐστιν Ἄρης πολέμων θεός, οὗ καὶ Δανιὴλ μέμνηται.

B Ἐν τοῖς χρόνοις τῆς βασιλείας τοῦ Φοίνικος ἦν Ἡρακλῆς φιλόσοφος, ὁ Τύριος, καὶ τῆς κογχύλης ἐφευρετής. μετεωριζόμενος γὰρ ἐπὶ τὸ παράλιον μέρος τῆς Τύρου εἶδε ποιμενικὸν κύνα ἐσθίοντα τὴν λεγομένην κογχύλην, καὶ τοῦ ποιμένος νομίσαντος αἱμάσσειν τὸν κύνα, λαβόντος πόκον ἔριον ἀπὸ τῶν προβάτων καὶ ἀπομάξαντος τὸ καταφερόμενον ἐκ τοῦ στόματος τοῦ κυνός, καὶ βαφέντος τοῦ πόκου, προσέσχεν ὁ Ἡρακλῆς μὴ εἶναι αὐτὸ αἷμα ἀλλὰ βάμματος πρόξενον, ὃ καὶ θαυμάσας ὡς μέγα δῶρον τουτὶ προσήγαγε τῷ βασιλεῖ Φοίνικι, ὃς καὶ μᾶλλον ἐκπλαγεὶς

20 αἱμάξαντος vulgo

in saxeo cippo comperisset, stellarum cursus commentario complexus est. nam Sethi successores imminentem generi humano perniciem edocti duas columnas, unam quidem lapideam alteram latericiam, extruunt, rati, si mundus aquarum illuvie immergeretur, lapideam permansuram et quaecunque in ea exsculpta erant, si conflagraret incendio, latericiam evasuram. a Magusaeis sive Persis astrologia et magia initium duxere, a Nembrode Babylonis conditore occasione sumpta.

Post Ninum Assyriorum regno praefuit Thyrras annos triginta. illi e planeta nomen Martis inditum est, et statua prima erecta. eum Assyrii ad haec tempora pro deo colentes, lingua Persica Baalem deum vocant, quod notat Mars bellorum deus. illius meminit Daniel.

Temporibus Phoenicis regis Heracles philosophus Tyrius purpuraeque inventor florebat. quippe Tyri maritima obambulans pastoricium comperit canem conchylium depascentem, quem pastor sanguine videns infectum, lanae vellere ex ovibus rapto, quod ab eius ore profluebat absterait; cum autem Heracles vellus non sanguine tingi sed nova quadam tinctura infici observasset, admiratus magni loco muneris Phoenici regi obtulit, qui et ipse

ἐκέλευσεν ἀπὸ κογχύλης ἔριον βαφῆναι καὶ γενέσθαι αὐτῷ περιβόλαιον, καὶ οὕτω πρῶτον αὐτὸν φορέσαι ἱμάτιον ἐκ πορφύρας.

Μετὰ Ναβουχοδονόσορ καὶ Βαλτάσαρ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐβα- C
σίλευσε Περσῶν Κῦρος ὁ Πέρσης, ἔτη λβ΄, ὃς πόλεμον μέλλων συμβαλεῖν πρὸς Κροῖσον τὸν τῶν Λυδῶν βασιλέα καὶ φοβηθεὶς μετεπέμψατο ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς χώρας τὸν προφήτην Δανιήλ, ὃς ἐρωτηθεὶς εἶπε πρὸς Κῦρον "θάρσει, νικᾷς τὸν ἐχθρόν σου. περὶ σοῦ γὰρ εἶπεν ὁ προφήτης Ἡσαΐας. οὕτω λέγει κύριος τῷ Κύρῳ, οὗ ἐκράτησα τῆς δεξιᾶς. ἐπακούσει ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἔθνη, καὶ ἰσχὺν βασιλέως διαρρήξω. αὐτὸς οἰκοδομήσει τὴν πόλιν μου, καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ λαοῦ μου ἐπιστρέψει. εἶπε κύριος Σαβαώθ." ὁ δὲ Κῦρος ἀκούσας ταῦτα εἶπε πρὸς τοὺς πόδας τοῦ D
Δανιὴλ πεσὼν "ζῇ κύριος ὁ θεός σου. ἐγὼ ἀπολύσω τὸν Ἰσραὴλ ἐκ τῆς γῆς μου, ἵνα λατρεύσωσι τῷ θεῷ αὐτῶν ἐν Ἱερουσαλήμ." παραταξάμενος οὖν τῷ Κροίσῳ, κατὰ κράτος ἡττήσας καὶ χιλιάδας υ΄ ἀπολέσας, τοὺς δὲ λοιποὺς αἰχμαλώτους σὺν αὐτῷ λαβών, καὶ τὴν τῶν Λυδῶν βασιλείαν τελείως καταλύσας, τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ πάντας εὐθέως μετὰ Ζοροβάβελ ἀπέλυσεν ἐν Ἱερουσαλήμ.

Μετὰ δὲ Κῦρον ἐβασίλευσε Δαρεῖος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ὁ καὶ Καμβύσης, ἔτη η΄. μετὰ δὲ Καμβύσην Ἀρταξέρξης ὁ Μνήμων, ἔτη κ΄.

6 an Ἰουδαϊκῆς?

attonitus lanam conchylio tingi praecipit sibique vestem fieri. sic primus ipse purpuratam chlamydem gestavit.

Post Nabuchodonosorem et Baltasarem filium Persarum regnum tenuit Cyrus annos triginta duos. hic cum adversus Croesum Lydorum regem bellum pararet, timore percitus ab Indica regione Danielem prophetam accersitum ad se misit. Daniel interrogatus respondit "bono esto animo, hostem tuum devinces. quippe de te Esaias propheta vaticinatus est: sic dicit dominus Cyro, cuius dexteram apprehendi, ut subiiciam ante faciem eius gentes et robur regis confringam. ipse aedificabit civitatem meam, et captivitatem populi mei convertet, dicit dominus sabaoth." his auditis Cyrus Danielis ad pedes concidens "vivat" inquit "dominus deus tuus: ego Israelem ex servo faciam, ut sit liber, et a mea dicione dimittam, ut Hierosolymis deo suo cultum exhibeat." sic acie instructa contra Croesum in dimicationem venit, eoque subiecto et quadringentis milibus caesis, qui cladi superenant captivos fecit, Lydorumque imperio funditus everso nulla mora Israelitas omnes cum Zorobabello dimisit, ut Hierusalem repeterent.

Post Cyrum Darius filius, qui et Cambyses dictus est, regnum tenuit annos octo. post Cambysem Artaxerxes Memor annos viginti.

P 151 Ἰστέον δὲ ὅτι Ῥῶμος ὁ τῆς Ῥώμης βασιλεύσας τὰ λεγόμενα Βρουμάλια ἐπενόησεν δι' αἰτίας τοιαύτης. φασὶ γὰρ αὐτόν τε καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἐκ πορνείας γεννηθέντας ἐν ἀλσώδει τόπῳ ῥιφῆναι καὶ ὑπὸ ἀγροικικῆς τινὸς γυναικὸς εὑρεθέντας ἀνατραφῆναι. ὄνειδος δὲ ἦν Ῥωμαίοις τὸ ἐξ ἀλλοτρίων τρέφεσθαι καὶ ἀλλοτριοφάγους καλεῖσθαι. ὁ οὖν Ῥῶμος τὸ οἰκεῖον ὄνειδος ἐξαλεῖψαι βουλόμενος ἐπενόησε τὰ Βρουμάλια, εἰρηκὼς ἀναγκαῖον εἶναι τὸν βασιλέα τρέφειν τὴν οἰκείαν σύγκλητον ἐν τῷ καιρῷ τοῦ χειμῶνος ὡς ἐντίμους, ὅταν ἠρεμῶσιν ἐκ τοῦ πολέμου, τὴν δὲ
B σύγκλητον πάλιν τρέφειν τὸν στρατόν. ἐκάλεσε δὲ τὸ ὄνομα τοῦ ἀρίστου ἐξ ἐκείνου Βρουμάλιουμ, ὅ ἐστι Ῥωμαϊστὶ ἐξ ἀλλοτρίων τραφῆναι.

Μετὰ δὲ Ῥῶμον ὑπὸ ὑπάτων καὶ στρατηγῶν τῆς Ῥώμης διοικουμένης, ὧν εἷς ἦν καὶ Μάλιος, ὁ Φεβρουάριος συγκλητικὸς ὢν καὶ τῷ Μαλίῳ φθονήσας παρεσκεύασε τοὺς συγκλητικοὺς τοῦτον τῆς πόλεως ἐκδιῶξαι. τῶν οὖν Γάλλων τῇ εἰκάδι τοῦ Σεξτιλίου μηνὸς νυκτὸς ἐπελθόντων καὶ τὴν πόλιν παραλαβόντων καὶ πολὺν φόνον ἐργασαμένων, οἱ συγκλητικοὶ φυγόντες τὸν Μάλιον πάλιν προσκαλοῦνται, ὃς μετὰ στρατοῦ ἐπελθὼν καὶ τοὺς
C Γάλλους παραλαβὼν πάντας ἀνεῖλε, καὶ κρατήσας αὖθις τῆς Ῥώμης ἐκολόβωσε τὰς ἡμέρας τοῦ Σεξτιλίου μηνὸς ὡς δυστυχοῦς τῇ Ῥώμῃ γενομένου διὰ τὸ τὴν παράληψιν αὐτῆς ἐν αὐτῷ γενέσθαι. τὸν δὲ Φεβρουάριον τῶν ὑπαρχόντων γυμνώσας καὶ ἀτι-

Sciendum est Romum, qui Romae imperavit, Brumalia non alia de causa excogitasse. ferunt namque ipsum una cum fratre adulterio editos, silvis expositos et ab agresti quadam muliere inventos, enutritos fuisse. porro contumeliosum erat apud Romanos alieno cibo nutriri, ut aliarum mensarum captatorem dici. quapropter Romus Brumalia commentus est, ut maculam deleret, necesse esse affirmans senatum ali a rege, veluti honore dignum, hiemis tempore bellique indutiis, exercitum a senatu. convivio nomen Brumalium dedit, quod Romana lingua sonat alieno victu esse educatum.

Post Romum cum Roma a consulibus et dictatoribus regeretur, inter eos Manlius Februario cuidam senatori invisus, aliis senatoribus mala Februarii fraude seductis, civitate eiicitur. interea Galli die Sextilis mensis vigesimo impetu facto urbem occupant et caedibus omnia complent. senatores, qui fugam arripuerant, rursus Manlium advocant. Manlius coacta manu Gallos armis opprimit, trucidatque omnes, et Roma recepta mensis, quo haec acta sunt, tanquam qui Romae propter illius captivitatem infaustus fuerat, dies detruncat, et Februarium bonis publicatis turpiter ab urbe

μως τῆς πόλεως ἐκβαλὼν ἀνεῖλε, καλέσας τὸν Σεξτίλιον μῆνα Φεβρουάριον ὡς ἄξιον τοῦ ὀνόματος.

Μετὰ δὲ τὸν εἰρημένον Ἀρταξέρξην ἐβασίλευσε Χῶος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ὃς καὶ τὴν Αἴγυπτον παρέλαβε καὶ ἀπώλεσε, βασιλεύοντος αὐτῆς τότε Νεκτεναβώ, ὃς φυγὼν καὶ διὰ φαντασιῶν τινῶν καὶ μαγειῶν Αἰγυπτιακῶν προλέγων τὰ μέλλοντα γνώριμος γίνεται Φιλίππῳ καὶ Ὀλυμπιάδι τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, ἐξ ἧς ἔτεκε τὸν Ἀλέξανδρον. ὁ δὲ Φίλιππος ἐβασίλευσε τῆς Μακεδονίας ἔτη κ', ὃς τὴν Θεσσαλίαν ὑποτάξας τὴν Θεσσαλονίκην πόλιν ἔκτισεν. D

Μετὰ δὲ Φίλιππον ἐβασίλευσε Μακεδόνων Ἀλέξανδρος, ὅτε καὶ Δαρεῖος ὁ Ἀρσάμου μετὰ Χῶον βασιλεύων κατεκυρίευσε πάντων, ὃν ὁ Ἀλέξανδρος χειρωσάμενος παρέλαβε πᾶσαν τὴν βασιλείαν αὐτοῦ καὶ πᾶσαν τὴν Περσῶν καὶ Μήδων καὶ Πάρθων καὶ Βαβυλωνίων χώραν καὶ τὰ Ἰνδικὰ πάντα μέρη. ὃς καὶ τὴν μεγάλην Ἀλεξάνδρειαν εἰς τὸ ἴδιον ὄνομα κτίσας εἰς Βαβυλῶνα ὑπέστρεψεν, ἐν ᾗ καὶ τελευτᾷ, ἐτῶν ὢν λβ', βασιλεύσας ἔτη ιβ'.

Ἰστέον ὅτι δύο Λάμεχ ἡ γραφὴ μνημονεύει, ἑνὸς μὲν τοῦ P 152 ἀπὸ Κάϊν, τοῦ καὶ πεφονευκότος ἄνδρα τε καὶ νεανίσκον (τοὺς γὰρ δύο ἀδελφοὺς τοῦ δικαίου Ἐνὼχ ἀνελὼν καὶ τῶν δύο τὰς γυναῖκας ἔλαβε), ἑτέρου δὲ τοῦ πατρὸς Νῶε, τοῦ καὶ μεταγενεστέρου καὶ ἀπὸ Σὴθ καταγομένου.

3 an Ὦχος?

eiectum interficit, Sextilemque mensem Februarium tanquam eo nomine dignum cognominat.

Post dictum Artaxerxem principatui praefuit Chous filius. is debellatam Aegyptum, eversamque in sui potestatem redegit, Nectenabone tunc imperante, qui fuga sibi consuluit, et Aegyptiaco ritu fictis imaginibus et magicis nugamentis futura praesagiens, Philippi atque Olympiadis illius uxoris familiaritatem sibi parat, ex eaque Alexandrum procreat. Philippus annos viginti Macedoniae gubernacula gessit, et Thessalia oppressa urbem Thessalonicam extruxit.

Philippo in Macedoniae regno successit Alexander, tunc cum Darius Arsami filius post Choum occupatis omnibus omnium dominus factus est. Dario profligato Alexander eius imperium universum et Persarum, Medorum item et Parthorum et Babyloniorum regionem et Indicos omnes tractus in suam dicionem redegit. hic cum magnam Alexandriam condidisset, ex proprio nomine nuncupatam in Babyloniam conversus vitae finem posuit, aetatis annorum triginta duorum, regni anno duodecimo.

Advertendum est duos nobis Lamechos a scriptura commemorari, alterum ab Caino, qui et virum et adolescentulum occidit (caesis enim duobus iusti Enochi fratribus eorum uxores duxit), alterum recentiorem, Noë parentem, a Setho oriundum.

Ὁ Θάρρα ἐγέννησε τὸν Ἀβραάμ, τὸν Μαχωὲ καὶ τὸν Ἀρὰμ τὸν πατέρα τοῦ Λώτ, ὃς καὶ ἀπέθανε πρὸ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Θάρρα· τοῦ γὰρ Ἀβραὰμ ἐμπρησμὸν ποιήσαντος ὥστε κατακαῦσαι τὰ εἴδωλα τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, εἰσελθὼν Ἀρὰμ ἐξελέσθαι αὐτὰ ἀπέθανεν ἐν τῷ οἰκήματι ἐνώπιον τοῦ πατρὸς αὐτοῦ.

B *Ἐκ τοῦ γένους Σίδου υἱοῦ Αἰγύπτου, βασιλέως Αἰγυπτίων, κατήχθη Μελχὶ ὁ πατὴρ τοῦ Σεδέκ, ὃς γενόμενος ἱερεὺς τοῦ Θεοῦ καὶ βασιλεὺς τῶν Χαναναίων ἐπεκλήθη Μελχισεδὲκ πατρωνυμικῶς, καὶ κτίσας πόλιν ἐν τῷ ὄρει Σιὼν ἐπωνόμασεν αὐτὴν Σαλήμ, ὅ ἐστιν εἰρήνης πόλις, ἐν ᾗ καὶ βασιλεύσας ἔτη ιγ' ἐτελεύτησε δίκαιος καὶ παρθένος, ὥς φησιν Ἰώσηπος. λέγει δὲ καὶ ὁ μέγας Κύριλλος. ἀγενεαλόγητος εἴρηται Μελχισεδὲκ παρὰ τὸ μὴ ὑπάρχειν ἐκ τοῦ σπέρματος Ἀβραὰμ ὅλως, μηδὲ ὑπὸ Μωσέως γενεαλογηθῆναι, εἶναι δὲ Χαναναῖον τὸ γένος καὶ ἐκ τῆς ἐπαρά-*
C *του σπορᾶς ὁρμώμενον. ὅθεν οὐδὲ γενεαλογίας ἠξίωται· οὐδὲ γὰρ πρεπωδέστατον ἦν τὸν τῆς ἄκρας δικαιοσύνης ἐπειλημμένον συμπλέκειν τῷ τῆς ἄκρας ἀδικίας γένει. ἡ δὲ Ἱερουσαλὴμ ἐκ προσθήκης τῆς τοῦ ἱεροῦ συλλαβῆς μετὰ τῆς Σαλὴμ κατὰ συνάφειαν ὠνομάσθη φερωνύμως Ἱερουσαλήμ, πῇ μὲν διὰ τὴν ἱερουργίαν τοῦ Μελχισεδέκ, πῇ δὲ διὰ τὴν τοῦ ἱεροῦ ναοῦ κατασκευήν· Ἰεβοὺς γὰρ ἐκαλεῖτο πρώην.*

Λὼτ ἀνεψιὸς τοῦ Ἀβραὰμ ἐκ τῶν δύο θυγατέρων αὐτοῦ ἐγέννησεν υἱοὺς δύο, Μωὰβ καὶ τὸν Ἀμμάν, ἐξ ὧν Μωαβῖται καὶ Ἀμμανῖται.

Tharra genuit Abrahamum Machoë et Aramum Loti patrem, qui et ante Tharram vita functus est. nam cum Abrahamus incendium excitasset, ut idola patris absumeret, Aramus, dum ea ab igne servare contendit, domi, in quam fuerat ingressus, vidente patre, flammis crematus occubuit.

Ex sanguine Sidi filii Aegypti regis Aegyptiorum natus est Melchius pater Sedeci. hic divino sacerdotio imperioque Chananaeorum auctus a patre nomen habuit, dictusque est Melchisedecus, urbemque in monte Sion condidit, Salem denominatam, quasi diceret civitatem pacis: in ea cum regnasset annos tredecim, vita functus est, iustus et virgo, ut Iosephus tradit. magnus Cyrillus de eo haec habet. Melchisedecus sine genealogia dicitur, quod ex semine Abrahami non fuerit, neque a Moyse eius genealogia descripta. erat porro genere Chananaeus, execrando semine oriundus, quare nec dignus habitus est cuius genealogia scriptis mandaretur: dedecebat quippe absolutissimae iustitiae sectatorem perditissimae nequitiae generi copulari. Hierusalem vero Hieru, id est sacri, una cum salem additione Hierusalem dicta est; idque vel Melchisedeci sacerdotio vel templi sacrosancti extructione: nam prius Iebus nuncupàbatur.

Lotus Abrahami fratris filius duos filios ex filiabus genuit, Moabum et Ammanum, ex quibus Moabitae et Ammanitae originem habent.

Ὁ δὲ Ἀβραὰμ ἐκ μὲν τῆς Αἰγυπτίας αὐτοῦ παιδίσκης Ἄγαρ ἐγέννησε τὸν Ἰσμαήλ, ἐκ δὲ τῆς Σάρρας τὸν Ἰσαάκ. ὁ δὲ Ἰσαὰκ ἐγέννησε τὸν Ἠσαῦ καὶ τὸν Ἰακὼβ ἐκ τῆς Ῥεβέκκας. καὶ ἐκ μὲν τοῦ Ἠσαῦ ἐτέχθη Ἐδὼμ υἱὸς ὁμώνυμος τῷ πατρὶ καὶ Ἀμαλήκ, ἐξ ὧν Ἰδουμαῖοι καὶ Ἀμαληκῖται, ἐκ δὲ Ἰακὼβ τοῦ καὶ Ἰσραὴλ Ἰούδας, ἀφ' οὗ καὶ Ἰουδαῖοι πάντες καὶ οἱ ἐκ τῶν λοιπῶν προσηγορεύθησαν, καὶ Ἰσραηλῖται μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς Ἰακώβ, Ἰουδαῖοι δὲ ἐκ τοῦ ἐπισημοτέρου ἀδελφοῦ αὐτῶν. ἐκ δὲ τοῦ Ἰσμαὴλ ἄρχοντες καὶ ἔθνη αὐτῶν ἓξ Ἰσμαηλῖται οἱ νῦν Ἀγαρηνοί τε καὶ Σαρακηνοὶ λεγόμενοι. ὁ δέ γε θεῖος Ἀβραὰμ ἐγέννησεν ἐκ τῆς ἐσχάτης γυναικὸς αὐτοῦ Χεττούρας υἱοὺς ε', ἐξ ὧν ἐστὶ Μαδιάμ, ἀφ' οὗ Μαδιανῖται, καὶ Ἄφερ, ἐξ οὗ Ἀφρική. Ἰσαὰκ δὲ ἀπέθανε ζήσας τὰ πάντα ἔτη ρπ'. Ἰακὼβ δὲ ζήσας ἔτη ρνδ' ἀπέθανε εἰς Αἴγυπτον, ποιήσας ἐκεῖ ἔτη ιζ'. ὃς ὅτε ὑπῆρχεν ἐτῶν οε', φυγὼν P 153 *Ἠσαῦ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ κατήντησεν εἰς Χαρρὰν τῆς Μεσοποταμίας πρὸς Λάβαν τὸν ἀδελφὸν τῆς μητρὸς αὐτοῦ Ῥεβέκκας, οὗ τῶν προβάτων νομεὺς γενόμενος ἔτη κ' καὶ τὰς δύο θυγατέρας αὐτοῦ Λείαν τε καὶ Ῥαχὴλ γυναῖκας λαβὼν ἔσχεν υἱοὺς καὶ θυγατέρας, μίαν ἀπό τε τῶν ἐλευθέρων ἀπό τε τῶν θεραπαινίδων Βάλας καὶ Ζελφάν. μετὰ δὲ τὸν κ' χρόνον τῆς ἐκ Μεσοποταμίας πρὸς γῆν Χαναὰν ὑποστροφῆς εἶδεν ὅρασιν ἐν Βαιθήλ, καὶ πάντα ἀποδεκατώσας ἅπερ ἐκέκτητο τελευταίους ὑποβάλλει τοὺς παῖδας, καὶ ἀπὸ τοῦ Βενιαμὶν ἀρξάμενος ἀνάπαλιν καὶ ἐπὶ τὸν Λευῒ ἐλ-* B

9 καὶ interpres: vulgo κατὰ 21 ἀποστροφῆς vulgo

Abrahamus ex Agare Aegyptia ancilla Ismaelem procreavit, Isaacum ex Sarra. Isaacus Esau et Iacobum ex Rebecca. ex Esau nascitur Edomus patri cognominis et Amalec, ex quibus Idumaei et Amalecitae. ex Iacobo, qui et Israelus, Iudas, a quo Iudaei omnes, etiam ab aliis exorti, nuncupati sunt, Israelitae si quidem a patre Iacobo, Iudaei a nobiliore fratre Iuda appellationem habent. ex Ismaele principes et eorum sex nationes, qui nunc Sarraceni et Agareni vocantur. porro divinus Abrahamus ex Chettura postrema uxore liberos quinque suscepit: inter eos Madiamus est, a quo Madianitae, et Afer, a quo Africa. Isaacus occubuit, cum vixisset annos omnes simul centum octuaginta. Iacobus annorum centum quinquaginta quatuor diem obiit in Aegypto, postquam ibi commoratus esset annos septemdecim. hic annos natus septuaginta quinque timore fratris Esau fugiens Carrhas Mesopotamiae pervenit ad Labanum matris Rebeccae fratrem, cuius cum viginti annos oves pavisset, Lia atque Rachele Labani filiabus ductis filios filiasque tulit, partim ab liberis uxoribus, partim ab ancillis Balla et Zelphasa. anno vigesimo elapso redux e Mesopotamia in terram Chanaan visionem Bethele conspexit. ibi cum ex omnibus quae possideret decimas obtulisset, postremum et ex filiis, a Beniamino ducto initio dinumeratis, ordine praepostero ad Levim progressus, eum decimum repertum

θῶν τοῦτον προσήγαγε τῷ θεῷ. ὁ γοῦν Ἰσαὰκ καὶ ἡ Ῥεβέκκα μετὰ τὴν τοῦ Ἰακὼβ ἐπάνοδον προσκαλεσάμενοι τόν τε Ἰακὼβ καὶ τὸν Ἡσαῦ, καὶ παρακαλέσαντες αὐτοὺς ἅμα καὶ ἐνορκωσάμενοι εἰρήνην ἄγειν πρὸς ἀλλήλους καὶ τὴν ἀδελφικὴν οἰκειότητα ἀσπάζεσθαι, τελευτῶσι, προτέρα μὲν ἡ Ῥεβέκκα, εἶτα καὶ ὁ Ἰσαάκ, τῷ Ἰακὼβ καταλείψαντες τὰ τῆς πρωτοτοκίας γέρα. μετὰ δὲ ταῦτα ὑπὸ Ἀμαλὴκ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ παροξυνθεὶς Ἡσαῦ κατὰ τοῦ C Ἰακὼβ καὶ συναγαγὼν ἔθνη ὥρμησε κατ' αὐτοῦ, ὥς φησιν Ἰώσηπος. ὁ δὲ τὰς πύλας ἀποκλείσας τῆς πόλεως εἰς ἣν κατέφυγεν, ἐκ τοῦ τείχους παρεκάλει τὸν Ἡσαῦ μνησθῆναι τῶν γονικῶν ἐντολῶν. τοῦ δὲ μὴ ἀνεχομένου, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ὑβρίζοντος καὶ ἐξολοθρεύειν αὐτὸν ἀπειλοῦντος, ἐντείνας τὸ τόξον ὁ Ἰακὼβ καὶ κατὰ τοῦ δεξιοῦ μαζοῦ πλήξας κατέβαλε τὸν Ἡσαῦ. καὶ οὕτως ἐπληρώθη ἡ τοῦ Ἰσαὰκ πρόρρησις λέγουσα πρὸς Ἡσαῦ "ἐὰν καθέλῃς τὸν ζυγὸν τοῦ ἀδελφοῦ σου ἀπὸ τοῦ τραχήλου σου, πλημμελήσεις πλημμέλειαν θανάτου."

D Λευῒ δὲ ἐγέννησε τὸν Καάθ, Καὰθ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀβράμ, Ἀβρὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀαρὼν καὶ τὸν Μωσῆν. ἐν δὲ τῷ π' ἔτει τοῦ Μωσέως ἐξῆλθον οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἐξ Αἰγύπτου, ἐπιφερόμενοι καὶ τὰ ὀστᾶ Ἰωσήφ. ἐποίησαν δὲ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἔτη μ'.

Μετὰ Μωσέα διεδέξατο τὴν ἀρχὴν Ἰησοῦς τοῦ Ναυῆ, καὶ ποιήσας ἐν τῇ γῇ τῆς ἐπαγγελίας ἔτη λβ' ἀπέθανε, ζήσας ἔτη ρι'.

12 ἐκτείνας vulgo

deo devovit. porro Isaacus et Rebecca accitos Iacobum peregre regressum et Esau precibus et votis, eorum etiam fidem iureiurando adstricta, adhortantur uti pacem mutuam vinculaque fraternae societatis inviolata servent; sicque diem obeunt, prior quidem Rebecca, non multo post Isaacus, Iacobo primogeniti iura elargiti. post haec Esau Amaleci filii cohortationibus in Iacobum fratrem concitatus, militum manu collecta cum armis, ut narrat Iosephus, invasit. Iacobus oppidi, in quod confugerat, portis clausis, de muro ut parentum monitorum recordaretur admonebat. Esau aegre ferens consilium, eum non solum conviciis maledictisque incessere, sed excidium quoque minari. Iacobus telo emisso Esau dextra mammilla sauciun sternit. tunc autem impletum est Isaaci vaticinium de Esau, "si excusseris iugum fratris tui de collo tuo, peccabis peccatum mortis."

Levi porro genuit Caathum, Caathus genuit Abramum, Abramus genuit Aaron et Moysen. et anno octuagesimo Moysis egressi sunt filii Israelis ex Aegypto una secum et ossibus Iosephi delatis, commoratique sunt in deserto annos quadraginta.

Post Moysem principatum accepit Iesus Nave, commoratusque in terra promissionis annos triginta duos diem obiit annorum 110.

Μετὰ δὲ Ἰησοῦν διὰ τῶν κριτῶν ἔσωζεν ὁ θεὸς τὸν λαόν, καὶ πρῶτον Ἰούδας ἔκρινε τὸν λαὸν ἔτη ζ', χειρωσάμενος καὶ τὸν Ἀδωνιβεζὲκ βασιλέα τῶν ἀλλοφύλων, καὶ ἀκρωτηριάσας αὐτοῦ χεῖρας καὶ πόδας· ὃς καὶ εἶπεν "οἱ βασιλεῖς τὰ ἄκρα τῶν χειρῶν καὶ τῶν ποδῶν ἀποκεκομμένοι ἦσαν συλλέγοντες τὰ ὑποκάτω τῆς τραπέζης μου. καθὼς οὖν ἐποίησα, οὕτως καὶ ἀπέλαβον παρὰ θεοῦ."

Μετὰ Ἰούδαν γέγονε κριτὴς Γοθονιὴλ ἔτη ν', μετὰ δὲ Γο- P.154
θονιὴλ Ἀὼδ ἔτη π', μετὰ δὲ Ἀὼδ Σαγαμὰρ ἔτη ζ', μετὰ δὲ Σαγαμὰρ Βαράκ, μεθ' οὗ καὶ Δεβόρρα ἡ προφῆτις, ἥτις καὶ τὸν Σίσαρα Ἰαὴλ ἀπέκτεινεν ἐν πασσάλῳ, γυνὴ Χάμερ τοῦ Κεναίου. ἐφ' οὗ Προμηθεὺς καὶ Ὀρφεὺς ὁ Θρᾷξ οἱ παρ' Ἕλλησι σοφώτατοι καὶ Ἀσκληπιὸς ὁ ἰατρὸς καὶ Λυκοῦργος ὁ Σπαρτιάτης καὶ νομοθέτης τῶν Ἑλλήνων ἐγνωρίζοντο.

Μετὰ Βαρὰκ Γεδεὼν ἔτη μ', ὁ πατάξας τὸν Μαδιὰμ μετὰ B
τῶν τ' τῶν λαμψάντων ἐν τῷ πίνειν, καὶ τὸν Ὠρὴβ καὶ Ζὴβ καὶ Ζεβεὲ καὶ Σαλμανᾶν τοὺς ἄρχοντας αὐτῶν.

Μετὰ δὲ Γεδεὼν Ἀβιμέλεχ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη γ', πατάξας καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ ο' ἄνδρας ἐπὶ λίθῳ ἑνί, διὸ καὶ ἀπώλετο ὕστερον ὑπὸ γυναικὸς ἀπὸ πύργου διὰ βολῆς λίθου συντριψάσης αὐτοῦ τὸ κρανίον. ὃς καὶ εἶπε πρὸς τὸν αἴροντα τὰ σκεύη

20 ἀπὸ vulgo

Post Iesum per iudices deus populo succurrebat. et primus omnium Iudas iudicavit populum annos septem. hic Adonibezecum alienigenarum regem subegit, eiusque manuum et pedum extremitates praecidit. tunc Adonibezecus "reges summitates manuum suarum ac pedum abscisi erant colligentes quae sub mensa mea. sicut igitur feci, sic retribuit mihi dominus."

Iudae successit Gothonielus iudex annos quinquaginta, Gothonielum excepit Avodus annos octuaginta. post Avodum iudex factus Samagarus annos septem. post Samagarum iudicem egit Baracus, et cum eo Deborra vates, quae Iaelem Sisaram interfecit paxillo, Cinaei Chameris uxor. his temporibus Prometheus et Orpheus Thrax, qui apud Graecos sapientissimi habiti sunt, et Aesculapius medicus et Lycurgus Spartanus Graecorum legum lator celebres erant.

Post Baracum iudicavit Gedeo annos 40. is cum trecentis, qui cum biberent praestantissimi habiti sunt, Madiamum et Orebum et Zebum et Zebeamum et Salmananum principes perdidit.

Gedeoni Abimelechus filius successit annos tres. hic fratres suos septuaginta super unum lapidem neci tradidit; ideoque tandem periit, cum mulier e turri lapidis ictu cranium illius contrivisset. et clamavit ad puerum,

αὐτοῦ "σπάσαι τὴν ῥομφαίαν σου καὶ θανάτωσόν με, μή ποτε εἴπωσιν ὅτι γυνὴ αὐτὸν ἀπέκτεινεν." καὶ οὕτως ἀνεῖλεν αὐτὸν τὸ παιδίον.

C· Μετὰ δὲ Ἀβιμέλεχ ἔκρινε Θολὰ ἔτη κγ', μετὰ δὲ Θολὰ Ἰεφθάε ἔτη ϛ', μετὰ δὲ Ἰεφθάε Ἀβεσὰ ἔτη ζ', μετὰ δὲ Ἀβεσὰ Ἐλὼμ ἔτη ι', μετὰ δὲ Ἐλὼμ Σαμψὼν ἔτη κ', ἐφ' οὗ καὶ Ἡρακλῆς ὁ παρ' Ἕλλησι διαβόητος ἐγνωρίζετο.

Μετὰ δὲ Σαμψὼν ἐγένετο ἀναρχία ἔτη μ'.

Μετὰ δὲ τοὺς κριτὰς ἔκρινε τὸν λαὸν ἀρχιερεὺς Ἠλεὶ ἔτη κ', καὶ τῇ παροινίᾳ καὶ ἀταξίᾳ τῶν υἱῶν αὐτοῦ Ὀφνεὶ καὶ Φινεὲς τῇ ἐπὶ τῶν θυσιῶν ἐπῆλθεν αὐτοῖς ἡ θεία δίκη· οἱ μὲν γὰρ ἐν τῷ πολέμῳ δεινῶς ἀνῃρέθησαν, ὁ δὲ ἀπὸ τοῦ δίφρου πεσὼν ὀπισθίως
D καὶ τὸν νῶτον συντριβεὶς ἀπέθανεν ἐτῶν ϟ'.

Μετὰ δὲ Ἠλεὶ Σαμουὴλ ὁ προφήτης καὶ ἱερεὺς ἔτη λ'. καὶ συναθροίζεται ὁ λαὸς πρὸς αὐτὸν εἰς Ἀρμαθαὶμ αἰτούμενος βασιλέα. τῷ δὲ σφόδρα λυπηθέντι εἶπεν ὁ θεός "ἄκουσον τῆς φωνῆς τοῦ λαοῦ, ὅτι οὐ σὲ ἐξουδενώσουσιν ἀλλ' ἐμέ, τοῦ μὴ βασιλεύειν ἐπ' αὐτῶν." καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς τὸν Σαοὺλ ἐκ φυλῆς Βενιαμίν, χρίσας αὐτὸν εἰς βασιλέα.

Μετὰ οὖν Σαμουὴλ ἐβασίλευσε Σαοὺλ ἔτη μ', ὃς τολμήσας πρότερον μὲν θυμιᾶσαι τῷ θεῷ, εἶτα παραβὰς τὴν ἐντολὴν τοῦ θεοῦ ἐπὶ τοῖς Ἀμαληκίταις, ζωογονήσας Ἀγὰγ τὸν βασιλέα αὐτῶν,

qui ferebat vasa eius: "educ gladium tuum et interfice me, nequando dicant, mulier ipsum occidit;" et sic transfodit eum puer.

Post Abimelechum Thola praefuit annos viginti tres, post Tholam Iephtaë annos sex, post Iephtaë Abesa annos septem, post Abesam Elomus annos decem. Elomo Sampso suffectus est, iudicavitque annos 20. sub haec tempora Hercules Graecorum historiis nobilis florebat.

Post Sampsonem fuit interregnum annos quadraginta.

Post iudices iudicavit populum summus sacerdos Heli annos viginti. is filiorum Ophnis et Phinees petulantia ac perversitate in sacrificiis simul cum filiis grave numinis iudicium subiit: hi quippe in proelio crudeliter caesi sunt, ille de sella retrorsum cadens confracto dorso mortuus est annorum 90.

Post Heli iudicavit populum Samuel propheta et sacerdos annos triginta. et congregatus populus in Armathaem regem exposcit. quo cum nimis Samuel indoluisset, haec sibi a deo dici intellexit: "audi vocem populi, quoniam non te spreverunt sed me, ut non regnem super eos." et dedit illis Saulum filium Cisi ex tribu Beniamin, quem unxit in regem.

Post Samuelem Saulus regni gubernacula suscepit per annos quadraginta. hic cum primum quidem thura deo incendisset, deinde mandato numinis violato de Amalecitis Agagum eorum regem vivum conservasset, su-

ἤκουσε παρὰ τοῦ προφήτου "ὅτι μεματαίωταί σοι, ὅτι οὐκ ἐφύ- P 155
λαξας τὴν ἐντολήν μου, ἣν ἐνετείλατό σοι κύριος," καὶ τὰ ἑξῆς.

Μετὰ δὲ Σαοὺλ ἐβασίλευσε Δαβὶδ ἐκ φυλῆς Ἰούδα ἔτη μ', ὃς καὶ ἐποίησε τὰ θελήματα τοῦ κυρίου πάντα. πατάξας δὲ καὶ τὸν Μελχὼ βασιλέα τῶν Σύρων, καὶ λαβὼν τὸν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ στέφανον χρυσοῦν μέγαν, ἔχοντα λίθους τιμίους, ἐφόρεσεν αὐτόν, καὶ ἦν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ κόσμος εὐπρεπέστατος, ὅπερ δηλῶν ἔφη "κύριε, ἐν τῇ δυνάμει σου εὐφρανθήσεται ὁ βασιλεύς" καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ ψαλμοῦ. πρεσβύτερος οὖν καὶ πλήρης ἡμερῶν γενόμενος, καὶ βασιλεύσας τὸν υἱὸν αὐτοῦ Σολομῶντα, εἶπεν αὐτῷ "καὶ νῦν, Σολομόν, γνῶθι τὸν θεὸν τῶν πατέρων B
σου, καὶ δούλευε αὐτῷ ἐν καρδίᾳ τελείᾳ καὶ ψυχῇ θελούσῃ, ὅτι καρδίας πάσας ἐτάζει κύριος καὶ πᾶν ἐνθύμημα γινώσκει. καὶ ἐὰν ζητήσῃς αὐτόν, εὑρεθήσεταί σοι, καὶ ἐὰν καταλείψῃς αὐτόν, καταλείψει σε εἰς τέλος." καὶ ἔδωκεν αὐτῷ τὸ παράδειγμα τοῦ ναοῦ παντὸς ἐν γραφῇ, λέγων "ἴσχυε καὶ ἀνδρίζου, ὅτι κύριος ὁ θεός μου μετὰ σοῦ." καὶ μετὰ ταῦτα ἐτελεύτησεν ἐν γήρᾳ καλῷ πλούτῳ τε καὶ δόξῃ καὶ εὐσεβείᾳ, ἐτῶν ο'. ἦν δὲ ἐτῶν λ' Δαβὶδ ἐν τῷ βασιλεύειν αὐτόν, ἐβασίλευσε δὲ καὶ ἔτη μ'. ἀλλὰ τῆς μὲν βασιλικῆς χρίσεως διὰ Σαμουὴλ ἠξιώθη τὸ πρότερον· τὰς γὰρ τοῦ λαοῦ ἀναγορεύσεις ἡ ἱστορία χρίσεις διαφόρους ὠνό-
μασεν. τελευτήσας τοίνυν θάπτεται ἐν τῇ πόλει Ἱερουσαλὴμ εἰς C
τὸ μέγιστον μνῆμα, ὃ κατεσκεύασεν ὁ σοφώτατος υἱὸς αὐτοῦ Σο-

21 ἀδιαφόρως interpres

dit a propheta "stulte factum est: mandatum meum, quod praecepit tibi dominus, non servasti" etc.

Saulo successit in regno David ex tribu Iuda annos quadraginta, qui deo morem gessit de omnibus. hic Melchomo Syrorum rege debellato coronam magnam, pretiosis illustrem lapidibus, ex illius capite sublatam sibi imposuit, ornatum pulcherrimum ac regalem, quod ipse illis innuit "domine in virtute tua laetabitur rex," et reliqua illius psalmi. David praeterea senio confectus et diebus auctus, cum Salomonem regem creasset, dixit "et nunc Salomon nosce deum patrum tuorum, et servi ei in corde perfecto et anima volente, quoniam corda omnium scrutatur dominus, et omnem cogitationem cognoscit. et si quaesieris eum, invenietur tibi, et si dereliqueris eum, derelinquet te in finem. et dedit illi exemplar templi universi, dicens: confortare et viriliter age, quoniam dominus deus meus tecum." post haec summa iam senectute, divitiis gloria et pietate celebris, annorum septuaginta e vivis excessit. erat autem triginta annorum cum ipse regnavit, et quadraginta annos regnavit. hic regia unctione a Samuele dignatus: sed populares plausus historia indifferenter unctiones vocavit. extinctus ergo in urbe Hierusalem in maximo monumento, quod sapientissimus filius Salomon

λομῶν, ἐν ᾧ καὶ συγκατώρυξε τῷ πατρὶ πολλὰς μυριάδας ταλάντων χρυσίου, ὥς φησιν Ἰώσηπος. καὶ δῆλον ἐκ τῶν εἰς ὕστερον γενομένων· ὁ γὰρ ἀρχιερεὺς Ὑρκανὸς πολιορκουμένης τῆς πόλεως ὑπ' Ἀντιόχου τοῦ Δημητρίου παιδὸς ἀνοίξας τὸ μνῆμα τάλαντα γʹ ἐκεῖθεν ἐξεφόρησεν. τὸ δὲ τάλαντον ἔχει νομίσματα ρκεʹ. μεθ' ὃν Ἡρώδης γνοὺς ὡς Ὑρκανὸς τοῦτο πεποίηκεν, ἤνοιξε καὶ αὐτὸς τὸν τάφον, καὶ χρήματα μὲν οὐχ εὗρεν, κόσμον δὲ καὶ κειμήλια χρύσεα πάμπολλα ἀνείλετο. πειραθέντος δὲ αὐτοῦ ἐν-
D δοτέρω χωρεῖν, οὗ τὰ σώματα Δαβὶδ τε καὶ Σολομῶντος ἐτέθη, πῦρ ἐξελθὸν δύο τῶν δορυφόρων αὐτοῦ διέφθειρε.

Μετὰ οὖν Δαβὶδ ἐβασίλευσε Σολομῶν ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη μʹ, ὃς τὴν πανθαύμαστον καὶ θεόδοτον καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον σοφίαν δεξάμενος ᾠκοδόμησε τήν τε πόλιν καὶ τὸν ναὸν κυρίου ἐν ἔτεσιν ἑπτά, μῆκος πηχέων ξʹ, εὖρος πηχέων κʹ καὶ ὕψος πηχέων ρκʹ· δίφορος γὰρ ἦν, ὥς φησιν Ἰώσηπος. τὸ δὲ ἄριστον τοῦ Σολομῶντος ἦν καθ' ἡμέραν κόροι σεμιδάλεως λʹ, κόροι ἀλεύρου κε-
P 156 κοπανισμένου ξʹ, μόσχοι ἐκλεκτοὶ ιʹ, βόες νομάδες κʹ καὶ πρόβατα ρʹ, ἐκτὸς ἐλάφων καὶ δορκάδων καὶ ὀρνίθων ἐκλεκτῶν καὶ σιτευτῶν. ὁ δὲ κόρος ἐποίει μόδια λʹ. ὁμοῦ γινόμενα μόδια ͵βψʹ. ἀπέθανε δὲ Σολομῶν ἐτῶν ογʹ, καὶ ἐτάφη μετὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. ἐφ' οὗ ἦν Ὅμηρος καὶ Ἡσίοδος.

exaedificaverat, sepelitur. et in eo, ut Iosephus auctor est, multas aureorum talentorum myriadas contumulavit, quod et per posteriores eventus comprobatum est. quippe summus sacerdos Hyrcanus ab Antiocho Demetrii filio urbe obsessa, reserato monumento tria milia talentorum inde extraxit. talentum vero est nummorum centum viginti quinque. Herodes deinceps gnarus id Hyrcano factum, monumentum et ipse adaperuit, ubi licet nullae essent pecuniae, ornatum tamen aureum plurimaque donaria ex eo sustulit. sed cum ulterius progredi tentaret, ubi Davidis et Salomonis corpora reposita fuerant, ignis exiliens duos ex eius satellitibus absumpsit.

Post Davidem regno potitur Salomon filius annos quadraginta, eximiae divinaeque et supra humanum captum sapientiae particeps. hic urbem et templum domini longitudine cubitorum sexaginta, latitudine viginti, altitudine centum viginti, septem annorum spatio absolvit: duas quippe contignationes habebat, ut refert Iosephus. in prandium eius quotidie insumebantur similae cori triginta, farinae cribratae cori sexaginta, electi vituli decem, qui autem per campos pascebantur boves viginti, oves centum, praeter cervos et capreas et aves electas et altiles. corus triginta modiorum mensura est, ita ut omnes modii simul colligantur duo milia et septingenta. vita porro functus est Salomon aetatis anno septuagesimo tertio, sepeliturque cum patre Davide. sub eo Homerus et Hesiodus claruere.

Μετὰ δὲ Σολομῶντα ἐβασίλευσε Ῥοβοὰμ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη ιζ´, ὃς τὸ πονηρὸν ἐποίησεν ἐνώπιον κυρίου ὡς ὁ πατὴρ αὐτοῦ, καὶ ἀπέθανεν ἐν ταῖς ἁμαρτίαις αὐτοῦ. ἐφ᾽ οὗ Σουσακεὶμ βασιλεὺς Αἰγύπτου τὴν Ἱερουσαλὴμ ἑλὼν ἀφείλετο τὰ ἐν τῷ ναῷ καὶ τοῖς βασιλείοις χρήματα καὶ τὰ χρυσᾶ δόρατα καὶ τοὺς χρυσοῦς θυρεούς, ἀνθ᾽ ὧν ἐγένοντο χαλκοῖ. B

Μετὰ δὲ Ῥοβοὰμ ἐβασίλευσεν Ἀβίας ὁ υἱὸς αὐτοῦ, καὶ ἐποίησε τὸ πονηρὸν ἐνώπιον κυρίου, καὶ ἀπέθανεν βασιλεύσας ἔτη ς´.

Μετὰ δὲ Ἀβίαν ἐβασίλευσεν Ἀσὰ υἱὸς αὐτοῦ, καὶ ἐποίησε τὸ πονηρὸν ἐνώπιον κυρίου, καὶ ἀπέθανε βασιλεύσας ἔτη ις´.

Μετὰ δὲ Ἀσὰ ἐβασίλευσεν Ἰωσαφὰτ υἱὸς αὐτοῦ, καὶ ἐποίησε τὸ εὐθὲς ἐνώπιον κυρίου, καὶ ἐτελεύτησε βασιλεύσας ἔτη κε´.

Μετὰ δὲ Ἰωσαφὰτ ἐβασίλευσεν Ἰωρὰμ υἱὸς αὐτοῦ, καὶ ἐποίησε τὸ πονηρὸν ἐνώπιον κυρίου, καὶ ἀπέθανε δυσεντερικός, C *βασιλεύσας ἔτη η´.*

Μετὰ δὲ Ἰωρὰμ ἐβασίλευσεν Ὀχοζίας υἱὸς αὐτοῦ ἔτος α´, καὶ ἐποίησε τὸ πονηρόν, καὶ ἀνῃρέθη ὑπὸ Ἰηοῦ.

Μετὰ δὲ Ὀχοζίαν ἐβασίλευσε Γοθολία μήτηρ αὐτοῦ ἔτη ς´, καὶ ἀπέκτεινε πάντας τοὺς υἱοὺς Ὀχοζίου παρεκτὸς νηπίου ἑνὸς διασωθέντος παραδόξως ὑπὸ γυναικὸς Ἰωδαὲ τοῦ ἱερέως· ὃς καὶ αἰφνιδίως ἀνηγορεύθη βασιλεὺς ὑπὸ Ἰωδαὲ τοῦ ἱερέως, ὑπάρχων ἐτῶν ζ´. ἡ δὲ Γοθολία ἀπεκτάνθη ἐν οἴκῳ τοῦ βασιλέως.

Salomoni in regno successit Roboamus filius, regnoque praefuit annos septemdecim, male de domino, aeque ac pater, meritus. mortuus est in peccatis suis. eo tempore rex Aegypti Susacemus, Hierosolymis captis, pecunias quae in templo regiaque erant, et aureas hastas et scuta diripuit, quorum loco aenea restituta sunt.

Post Roboamum Abias filius regnavit, et hic quoque male se gessit erga dominum, et mortuus est anno regni 6.

Post Abiam regnavit Asanus filius, et is non recte se cum domino gessit, annoque regni 16 mortuus est.

Asano successit in regno Iosaphatus filius, qui bene agendo dominum demeritus est, obiitque anno regni 25.

Post Iosaphatum regno praefuit Ioramus filius, qui in deum impius fuit. diem obiit viscerum morbo confectus anno regni octavo.

Post Ioramum regnum suscepit Ochozias filius annum unum, qui ob scelera deo odiosus fuit caesusque est ab Ieu.

Ochoziae in regno successit Gotholia mater annos sex, quae omnes Ochoziae liberos praeter unum infantem ab Iodaë sacerdotis uxore praeter hominum opinionem servatum interemit. is ex improviso ab Iodaë sacerdote septennis rex creatur. Gotholia vero in regia interficitur.

D *Μετὰ οὖν Γοθολίαν ἑπταετὴς βασιλεύσας Ἰωὰς υἱὸς Ὀχοζίου ἔτη μʹ ἐποίει τὸ εὐθὲς ἐνώπιον κυρίου, εἶτα παρατραπεὶς ἐσφάγη ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. ὃς καὶ ἀπέκτεινε Ζαχαρίαν τὸν προφήτην, τὸν υἱὸν τοῦ διδασκάλου αὐτοῦ. ἐφ᾽ οὗ ἡ Σίβυλλα ἐγνωρίζετο.*

Μετὰ δὲ Ἰωὰς ἐβασίλευσεν Ἀμασίας υἱὸς αὐτοῦ ἔτη κθʹ, καὶ ἐποίησε τὸ εὐθὲς ἐνώπιον κυρίου, ἐσφάγη δὲ ἐν τῷ πολέμῳ.

Μετὰ δὲ Ἀμασίαν ἐβασίλευσεν Ὀζίας, ὁ καὶ Ἀζαρίας, υἱὸς αὐτοῦ ἔτη νβʹ, καὶ ἐποίησε τὸ εὐθὲς ἐνώπιον κυρίου, καὶ εὐοδούμενος ἐπήρθη, καὶ δὴ θελήσας θυμιᾶσαι τῷ θεῷ αὐτὸς ἀφ᾽ ἑαυτοῦ καὶ θυμιάσας εὐθὺς ἐλεπρώθη, καὶ οὕτως ἐτελεύτησεν.

P 157 *Μετὰ δὲ Ὀζίαν ἐβασίλευσεν Ἰωάθαν υἱὸς αὐτοῦ ἔτη ιϛʹ, καὶ ἐποίησε τὸ εὐθὲς ἐνώπιον κυρίου, καὶ ἐτελεύτησεν.*

Μετὰ δὲ Ἰωάθαν ἐβασίλευσεν Ἀχὰζ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη ιϛʹ, καὶ ποιήσας τὸ πονηρὸν ἐνώπιον κυρίου ἀπέθανεν.

Μετὰ δὲ Ἀχὰζ ἐβασίλευσεν Ἐζεκίας υἱὸς αὐτοῦ ἔτη κθʹ, καὶ ἐποίησε τὸ εὐθὲς ἐνώπιον κυρίου, καὶ ἐτελεύτησεν. ἐφ᾽ οὗ ἦν ὁ Μωσαϊκὸς χαλκοῦς ὄφις ἔτι παρὰ Ἰουδαίων σεβόμενος, ὃν ἠφάνισεν Ἐζεκίας, ὥσπερ δὴ καὶ τὰς βίβλους τοῦ Σολομῶντος. ἐφ᾽ ὧν χρόνων Ῥῶμος καὶ Ῥέμος ἐβασίλευον ἐν Ῥώμῃ, καὶ Σίβυλλα
B *ἡ Ἐρυθραία ἐγνωρίζετο. ἐφ᾽ οὗ καὶ Σεναχηρεὶμ κατὰ Ἱερουσα-*

9 αὐτοῦ vulgo om

Gotholiam excipit Ioas Ochoziae filius septennis, regnavitque annos quadraginta. hic prius ob pietatem deo gratus extitit, deinde aberravit, domique necatur. Ioas Zachariam prophetam praeceptoris sui filium neci tradidit. sub his temporibus Sibylla clara habebatur.

Post Ioas imperio praefuit Amasias filius annos viginti novem, vir spectatae in deum pietatis. in proelio obtruncatus est.

Amasiae succedit in regno Ozias filius, qui et Azarias, annis 52. is numinis benevolentiam assecutus, cum prospera cuncta sibi fluere videret, flatu tumens voluit ipsemet deo incensum offerre. sic cum in templo adolevisset, repente lepra obsitus est et vitam effudit.

Post Oziam regnum obtinuit Ioathanus filius annos sexdecim, pius ac religiosus vir, et mortuus est.

Post Ioathanum imperio praefuit Achazus filius annos sexdecim, vir nequam et impius, et mortuus est.

Achazi regnum excepit Ezechias filius, pietate in deum commendatus. regni anno vigesimo nono diem obiit. illius aetate Mosaicus aeneus serpens adhuc supererat a Iudaeis in veneratione habitus. eum Ezechias, sicut et Salomonis libros, expunxit et de medio sustulit. his temporibus Romus et Remus Romae imperium tenebant, et Sibylla Erythraea illustris erat. et

λὴμ ἀναβὰς, διὰ θείου ἀγγέλου ἐν μιᾷ νυκτὶ ρπε' χιλιάδας ἀποβαλὼν, μετ' αἰσχύνης ὑπέστρεψεν.

Μετὰ δὲ Ἐζεκίαν ἐβασίλευσε Μανασσῆς υἱὸς αὐτοῦ ἔτη νε', ὁ καὶ τὸν μέγαν Ἠσαΐαν πρίσας καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἀθώων αἱμάτων πλήσας καὶ τὸ πονηρὸν ἐναντίον κυρίου ποιήσας. ὕστερον δὲ μετὰ τὴν ἅλωσιν καὶ αἰχμαλωσίαν αὐτοῦ μετανοίᾳ διορθωσάμενος ἀπέθανε.

Μετὰ δὲ Μανασσῆν ἐβασίλευσεν Ἀμὼς υἱὸς αὐτοῦ ἔτη β', καὶ ἐποίησε τὸ πονηρὸν ἐνώπιον κυρίου, καὶ ἐσφάγη ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ.

Μετὰ δὲ Ἀμὼς ἐβασίλευσεν Ἰωσίας αὐτοῦ ὑπάρχων υἱὸς C *ἔτη λα', ἐτῶν ὑπάρχων η', καὶ ἐποίησε τὸ εὐθὲς ἐνώπιον κυρίου, καὶ ἐτελεύτησε τοξευθεὶς ἐν τῷ πολέμῳ. ἐφ' ὧν χρόνων καὶ τὸ Βυζάντιον ὑπὸ Βύζου βασιλέως ἐκτίσθη τῆς Θρᾴκης.*

Μετὰ δὲ Ἰωσίαν ἐβασίλευσεν Ἰωάχαζ υἱὸς αὐτοῦ μῆνας γ', καὶ ἐποίησε τὸ πονηρὸν ἐνώπιον κυρίου, καὶ ληφθεὶς ὑπὸ Νεχαὼ βασιλέως Αἰγύπτου ἀπήχθη εἰς Αἴγυπτον, ἐν ᾗ καὶ ἀπέθανεν.

Μετὰ δὲ Ἰωάχαζ ἐβασίλευσεν Ἰωακεὶμ ὁ καὶ Ἐλιακεὶμ, ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ἔτη ια', καὶ ἐποίησε τὸ πονηρὸν ἐνώπιον κυρίου, καὶ ἐλθὼν Ναβουχοδονόσορ τὴν πᾶσαν Ἰουδαίαν ὑπόφορον ἐποίησεν. D *ἀθετήσαντος δὲ φορολογίαν Ἰωακεὶμ ἦλθε πάλιν εἰς Ἱερουσαλὴμ Ναβουχοδονόσορ, καὶ τοῦτον χειρωσάμενος καὶ ἀνελὼν ἀπὸ τοῦ τείχους ῥιφῆναι προσέταξε, καὶ ἄταφον ἐπὶ πολὺν κατέλιπε χρόνον.*

Senacherimus Hierusalem oppugnans, centum octuaginta quinque millibus per angelum una nocte trucidatis, dedecore opertus reversus est.

Post Ezechiam Manasses filius regnum obtinuit annos quinquaginta quinque. magnum Esaiam serra divisit, Hierosolymam innocentium sanguine inundavit, deo exosus. tandem post excidium et captivitatem eum sceleratae vitae poenituit, sicque vita functus est.

Manassi successit in regno Amosus filius, regnavit annos duos, nec se erga deum pium praebuit, propriisque in aedibus trucidatus est.

Amosum excepit Iosias filius aetatis annorum octo. regnavit annos triginta unum. hic fecit rectum coram domino. sagitta confossus in proelio occubuit. eo tempore Byzantium a Byzo Thracum rege exaedificatur.

Post Iosiam regnavit Ioachasus filius. is voluntati dei adversatus, captus a rege Aegyptiorum Nechaone abductusque est in Aegyptum, ubi occidit, cum imperium tenuisset menses tres.

Ioachazo successit Ioachimus frater, cui et Eliacimo nomen, annos undecim. hunc propter scelera adversatus est dominus. quare Nabuchodonosor Iudaeam invadens eum sibi vectigalem fecit. sed cum Ioachimus imperata solvere recusaret, iterum irrumpens Hierosolymam cepit, regemque captum caesumque e muro praecipitem dari, insepultumque diu iacere iussit.

Μετὰ δὲ Ἰωακεὶμ ἐβασίλευσεν Ἰεχονίας ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ὁ καὶ Ἰωακείμ, διὰ προστάγματος Ναβουχοδονόσορ μῆνας τρεῖς, καὶ ἐποίησε τὸ πονηρὸν ἐναντίον κυρίου. καὶ περὶ τοὺς φόρους ἀγνωμονήσαντος αὐτοῦ ἦλθεν αὖθις Ναβουχοδονόσορ εἰς Ἱερουσαλήμ, καὶ τὸν Σεδεκίαν ἀντ' αὐτοῦ καταστήσας ἀπῴκισεν εἰς Βαβυλῶνα P 158 *Ἰεχονίαν καὶ τὴν μητέρα καὶ τοὺς ἄρχοντας αὐτοῦ. ἐξήνεγκε δὲ καὶ τοὺς θησαυροὺς κυρίου καὶ τοῦ βασιλέως καὶ τὰ χρυσᾶ σκεύη πάντα, ἃ ἐποίησε Σολομῶν ἐν ναῷ κυρίου.*

Μετὰ δὲ Ἰεχονίαν ἐβασίλευσε Σεδεκίας πατράδελφος αὐτοῦ ἔτη γ', καὶ ἐποίησε τὸ πονηρὸν ἔναντι κυρίου, καὶ περὶ τὴν φορολογίαν ὡσαύτως παρασπονδήσαντος αὐτοῦ ἦλθε πάλιν Ναβουχοδονόσορ, καὶ τὴν μὲν πόλιν πᾶσαν παραλαβὼν ἐνέπρησε, τὸν δὲ Σεδεκίαν χειρωσάμενος τὴν μὲν γυναῖκα καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ κατ' ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ἀνεῖλεν, αὐτὸν δὲ ἐκτυφλώσας καὶ δεσμοῖς καθείρξας εἰς Βαβυλῶνα αἰχμάλωτον ἀπήγαγεν.

B *Μετὰ τὴν διαίρεσιν τῶν δέκα σκήπτρων ἐβασίλευσεν Ἱεροβοὰμ υἱὸς Ναβὰτ ἐκ φυλῆς Ἐφραΐμ, ὁ δοῦλος Σολομῶντος καὶ ἀποστάτης, ἔτη μβ', καὶ ἐποίησε τὸ πονηρὸν ἐναντίον κυρίου· διὸ καὶ ἐπάταξεν αὐτὸν ὁ θεός, καὶ ἀπέθανεν ἐν ταῖς ἁμαρτίαις αὐτοῦ.*

Μετὰ δὲ Ἱεροβοὰμ ἐβασίλευσε Ναβὰτ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη β', καὶ ἐποίησε τὸ πονηρὸν ἐνώπιον κυρίου, καὶ ἐσφάγη ὑπὸ Βαασσά.

Μετὰ δὲ Ναβὰτ ἐβασίλευσε Βαασσὰ ἔτη κδ', καὶ ἐποίησε τὸ πονηρόν, καὶ ἐσφάγη ἐν πολέμῳ.

Ioachimum excepit Iechonias filius, qui et Ioachimus, per menses tres: sic enim Nabuchodonosorus in mandatis dederat. erga deum impius fuit. hic cum tributa mala fide persolveret, valida iterum manu Nabuchodonosorus Hierosolymam obsidione cingit, et Iechoniae regnum in Sedeciam transfert, eo matre reliquisque illius principibus Babylonem adductis. thesauros item omnes tam sacros quam regios, et auream suppellectilem, quam Salomon in domo domini praeparaverat, exportavit.

Post Iechoniam Sedecias patruus regnum obtinuit annos tres, vir iniustus et impius, qui cum pactis nec ipse stetisset, tertio Nabuchodonosorus Hierosolymam obsedit expugnatamque flammis absumpsit, Sedecia capta uxorem et filios in conspectu illius neci tradidit, eum obcaecatum vinculisque alligatum captivum in Babylonem abduxit.

Decem sceptris divisis Ieroboamus filius Nabati, ex tribu Ephraim, servus Salomonis et rebellis regnum occupat annos quadraginta duos, multis nefariisque sceleribus coopertus. ideo percussit illum dominus, et mortuus est in iniquitatibus suis.

Ieroboamo successit Nabatus filius, scelere furoreque inflammatus; et cum biennium regnasset, caesus est a Baasa.

Post Nabatum regnavit Baasa, vir maleficus et iniustus; et cum regnasset annos 24, in proelio trucidatus est.

Μετὰ δὲ Βαασσὰ ἐβασίλευσεν Ἠλὰ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη β', καὶ ἐποίησε τὸ πονηρόν, καὶ ἐσφάγη ὑπὸ Ζαμβρῆ.

Μετὰ δὲ Ἠλὰ ἐβασίλευσε Ζαμβρῆ ἔτη ιβ', καὶ ἐποίησε τὸ C πονηρόν, καὶ ἐκαύθη ὑπὸ τῶν πολεμίων οἴκῳ προσφυγών.

Μετὰ δὲ Ζαμβρῆ ἐβασίλευσεν Ἀχαὰβ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη κβ', καὶ ἐποίησε τὸ πονηρόν, καὶ ἐσφάγη, καὶ ἀπέθανεν ἐν ταῖς ἁμαρτίαις αὐτοῦ.

Μετὰ δὲ Ἀχαὰβ ἐβασίλευσεν Ὀχοζίας υἱὸς αὐτοῦ ἔτη β', καὶ ἐποίησε τὸ πονηρόν, καὶ πεσὼν ἐκ τοῦ ὑπερῴου τοῦ οἴκου αὐτοῦ ἀπέθανεν.

Μετὰ δὲ Ὀχοζίαν ἐβασίλευσεν Ἰωρὰμ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἔτη β', καὶ ἐποίησε τὸ πονηρόν, καὶ ἐσφάγη ὑπὸ Ἰηοῦ. ἐφ' οὗ ἀνελήφθη ὁ μέγας Ἠλίας, ὁ δὲ Ἐλισσαῖος τὸ Ἱεριχούντιον ὕδωρ πι- D κρὸν ὂν φύσει καὶ δύσποτον ἰάσατο.

Μετὰ δὲ Ἰωρὰμ ἐβασίλευσεν Ἰηοῦ υἱὸς Ἀμεσίου ἔτη κη', καὶ εἰσερχόμενος ἐν τῇ πόλει Σαμαρείας εἶδε προκύψασαν Ἰεζάβελ διὰ τῆς θυρίδος κεκαλλωπισμένην, καὶ προσέταξε τοῖς εὐνούχοις αὐτῆς κατακρημνίσαι αὐτήν, ἣ κατεπατήθη ὑπὸ τῶν ἵππων καὶ κατεβρώθη ὑπὸ τῶν κυνῶν. ἐπάταξε δὲ καὶ τοὺς υἱοὺς Ἀχαάβ, καὶ μετὰ πανουργίας συναθροίσας πάντας τοὺς ἱερεῖς καὶ προφήτας τοῦ Βάαλ πάντας ἀναιρεθῆναι προσέταξεν, καὶ τὸν Βάαλ καὶ τὰ αὐτοῦ πάντα ἐνέπρησε. πλὴν οὐκ ἐφύλαξεν εἰς τέλος πορεύεσθαι ἐν νόμῳ κυρίου, καὶ ἐσφάγη ἐν τῷ πολέμῳ.

Post Baasam imperavit Hela filius, vir profligatissimus. is biennium regnavit, sublatusque est a Zambrio anno regni 2.

Helae Zambrius successit multis flagitiis et sceleribus contaminatus. hic cum se fuga domum recepisset, ab hostibus concrematus est anno regni 12.

Zambrio succedit in regno Achabus filius, facinorosis operibus deo exosus, et mortuus est in iniquitatibus suis anno regni vigesimo secundo.

Defuncto Achabo regnum administravit Ochosias annos duos, vir profligatissimus ac perditissimus. is cum e caenaculo domus suae cecidisset, consumptus est.

Ochoziae successit Ioramus frater nequitia singulari praeditus; et ab Ieu trucidatus est, postquam regnasset annos duodecim. sub eo Helias magnus assumptus est. Elisaeus vero aquis Hiericuntiis, cum essent amarae et gustu insuaves, opem tulit.

Post Ioramum regnum tenuit Ieu Amasiae filius annos viginti octo. is cum Samariam ingrederetur, Iezabellam, quae cultissimo corporis ornatu in fenestra apparuerat, per eunuchos praecipitem egit: sic illa ab equis conculcata et a canibus devorata est. idem filios Achabi neci tradidit, et astute fraudulenterque convocato populo sacerdotes ac prophetas Baalis omnes interfecit, et Baal illiusque suppellectilem omnem succendit. ceterum Ieu usque in finem nec iustitiam nec legem domini servavit, mactatusque est in proelio.

P 159 Μετὰ δὲ Ἰηοῦ ἐβασίλευσεν Ἰωάχαζ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη κζʹ, καὶ ἐποίησε τὸ πονηρὸν ἐνώπιον κυρίου, καὶ ἀπέθανεν.

Μετὰ δὲ Ἰωάχαζ ἐβασίλευσεν Ἰωὰς υἱὸς αὐτοῦ ἔτη ιδʹ, καὶ ἐποίησε τὸ πονηρόν, καὶ ἀπέθανεν. ἐφ᾽ οὗ Ἐλισσαῖος ἐτελεύτησε προφητεύσας αὐτοῦ τὴν προτέραν διὰ συμβόλων νίκην κατὰ Σύρων. τοῦ δὲ προφήτου θαπτομένου ἐν τῷ μνημείῳ νεκρός τις ἐν τῷ αὐτῷ τάφῳ πλησιάσας τοῖς μακαρίοις ὀστέοις αὐτοῦ ἀνέστη.

Μετὰ δὲ Ἰωὰς ἐβασίλευσεν Ἱεροβοὰμ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη λδʹ, καὶ ἐποίησε τὸ πονηρόν, καὶ ἀπέθανεν.

B Μετὰ δὲ Ἱεροβοὰμ ἐβασίλευσεν Ἀζαρίας υἱὸς αὐτοῦ μῆνας ϛʹ, καὶ ἐποίησε τὸ πονηρόν, καὶ ἐσφάγη ὑπὸ Σελούμ.

Μετὰ δὲ Ἀζαρίαν ἐβασίλευσε Σελοὺμ μῆνα αʹ, καὶ ἐποίησε τὸ πονηρόν, καὶ ἐσφάγη ὑπὸ Μαναΐμ.

Μετὰ δὲ Σελοὺμ ἐβασίλευσε Μαναῒμ ἔτη γʹ, καὶ ἐποίησε τὸ πονηρόν, καὶ ἐσφάγη ὑπὸ Φακεσίου.

Μετὰ δὲ Μαναῒμ ἐβασίλευσε Φακεσίας υἱὸς αὐτοῦ ἔτη βʹ, καὶ ἐποίησε τὸ πονηρόν, καὶ ἐσφάγη ὑπὸ Φακεέ.

C Μετὰ δὲ Φακεσίαν ἐβασίλευσε Φακεὲ ἔτη κʹ, καὶ ἐποίησε τὸ πονηρόν, καὶ ἐσφάγη ὑπὸ Ὡσηέ.

Μετὰ δὲ Φακεὲ ἐβασίλευσεν Ὡσηὲ ἔτη θʹ, καὶ ποιῶν τὸ πονηρὸν ἀπέθανεν.

Μετὰ δὲ τοὺς εἰρημένους Ἀσσυρίων βασιλεῖς ἐβασίλευσεν,

Post Ieu regnavit Ioachazus filius annos viginti septem, legirupa, impius, et mortuus est.

Ioachazo successit Ioas filius, vir profligatissimus; et cum regnasset annos quatuordecim, mortuus est. eius tempestate Elisaeus moritur, postquam per signa de Syriis victoriam praedixisset; cum vero sepulturae mandaretur, cadaver in eodem monumento beatis illis prophetae ossibus appropinquans vitae restitutum est.

Post Ioas Ieroboamus filius regnum tenuit annos triginta quatuor, vita flagitiis inquinata, et mortuus est.

Ieroboamo successit Azarias filius sane nequam ac perditus. caesus est a Sellumo, postquam regnasset menses 6.

Azariae suffectus est Sellumus fraudi scelerisque plenus, trucidatus a Manaimo regni mense primo.

Post Sellumum regnavit Manaimus annos tres. profligatissime vixit, et a Phacesia interemptus est.

Manaimum excepit Phacesias filius ab omni honestate relictus; et cum regnasset annos duos a Phacea occiditur.

Post Phacesiam regnavit Phaceas annos viginti, deo exosus, mactatusque ab Osea.

Post Phaceam regnavit Osea annos novem, plenusque sceleris occubuit.

Post enarratos Assyriorum reges, ut proditum est, regnum ad Naba-

ὡς εἴρηται, Ναβουχοδονόσορ ἔτη κζ΄. καὶ διὰ τὸ ἐπαρθῆναι κατὰ θείαν ὀργὴν ἐξ ἀνθρώπων ἐκδιωχθεὶς καὶ μετὰ θηρίων οἰκήσας καὶ χόρτον φαγών, ὕστερον ἐπιγνοὺς τὸν τῶν ὅλων θεὸν πάλιν ἐπανῆλθεν εἰς τὴν ἑαυτοῦ βασιλείαν καὶ λαμπρότερος γέγονε.

Μετὰ δὲ Ναβουχοδονόσορ ἐβασίλευσεν Οὐλεμαροδὰχ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη ε΄.

Μετὰ δὲ Οὐλεμαροδὰχ ἐβασίλευσε Βαλτάσαρ ὁ ἀδελφὸς D αὐτοῦ ἔτη γ΄, ὃς μιάνας τὰ ἱερὰ σκεύη τοῦ θεοῦ ἐν τῷ συμποσίῳ αὐτοῦ, ἅπερ ἤγαγεν ὁ πατὴρ αὐτοῦ Ναβουχοδονόσορ ἐξ Ἱερουσαλήμ, ἀνῃρέθη κατὰ θείαν ὀργήν, καὶ παρέλαβε τὴν βασιλείαν Δαρεῖος.

Μετὰ δὲ Βαλτάσαρ ἐβασίλευσε Δαρεῖος ὁ Μῆδος, ὁ καὶ Ἀστυάγης καὶ Ἀρταξέρξης, ἔτη ιζ΄. ἐφ᾽ οὗ καὶ τῷ Δανιὴλ ὠράθησαν αἱ διὰ τοῦ ἀγγέλου ὀπτασίαι, καὶ ὁ χρόνος ἐδηλώθη τῆς Χριστοῦ παρουσίας· ὃς φθονηθεὶς ὑπὸ τῶν μεγιστάνων διὰ τὸ μεγάλως τιμᾶσθαι ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἐνεβλήθη ἐν τῷ λάκκῳ τῶν λεόντων.

Μετὰ δὲ Δαρεῖον ἐβασίλευσε Κῦρος ὁ Πέρσης ἔτη λ΄, ὃς ἀνελὼν Δαρεῖον ἐκράτησε πάσης τῆς Χαλδαίων καὶ Ἀσσυρίων καὶ Περσῶν καὶ Παλαιστίνης καὶ πάσης τῆς Ἀσίας, μεθ᾽ ὧν τὴν P 160 Λυδῶν βασιλείαν ὑπέταξεν, ἀνελὼν Κροῖσον, ὡς προείρηται. ἐφ᾽ οὗ Δανιὴλ ἐπιφανέστερος ὑπάρχων ἔτι καὶ τὸν Βὴλ συντρίψας καὶ τὸν δράκοντα φονεύσας, τὰ Περσῶν σεβάσματα, ἐβλήθη ἐν τῷ λάκκῳ τῶν λεόντων καὶ ἦν ἐκεῖ ἡμέρας ἕξ.

chodonosorum est devolutum, qui Hierosolymorum annos 27 regnum occupavit. hic propter superbiam divina ira ex hominum coetu eiectus cum sodalibus belluis foenum epulabatur. tandem deo rerum omnium opifice cognito, rursus pristino imperio restitutus est illustriorque effectus.

Post Nabuchodonosorum imperio praefuit Ulemarodachus filius annos 5.

Ulemarodacho successit Baltasar frater, trienniumque regnavit. is vasis numini sacris, quae Hierosolymis Nabuchodonosorus pater asportaverat, in convivio contaminatis, numine succensente violenta morte occubuit, et regnum ad Darium translatum est.

Post Baltasarum Darius Medus, qui Astyages item et Artaxerxes dicebatur, regnum administravit annos septemdecim. sub hoc per angelum visiones Danielo ostensae sunt, tempusque Christi venturi indicatum. hic quod magno esset in pretio apud regem, invidia principum in foveam leonum proiicitur.

Post Darium Cyrus Persa regnum tenuit annos triginta, qui Dario caeso universa Chaldaeorum Assyriorum Persarum regione potitus, Palaestinam item et totam Asiam, Lydorum posthac dominatum, Croeso capto, ut iam diximus, sub diciona propria redegit. ea tempestate Daniel dignitate ac factis conspicuus, Belo confracto draconeque interfecto Persarum sacrosanctis numinibus, in foveam leonum coniectus est, ubi septem dies permansit.

Μετὰ δὲ Κῦρον ἐβασίλευσε Καμβύσης ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ὁ καὶ Ναβουχοδονόσορ ἐπικληθείς, ἔτη ιη'. ἐφ' οὗ καὶ Ἰουδὴθ τῇ τοῦ θεοῦ βοηθείᾳ καὶ τῇ ἑαυτῆς σοφίᾳ ἀπατήσασα καὶ ἀποκεφαλίσασα τὸν Ὀλοφέρνην, πορθοῦντα τὴν Βετουλίαν πόλιν, νίκην μεγάλην B *τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ προεξένησεν, καὶ ἐτελεύτησε χήρα ἐτῶν ρε'.*

Μετὰ δὲ Καμβύσην ἐβασίλευσε Σπέρδιος ὁ μάγος μῆνας ζ'.

Μετὰ δὲ Σπέρδιον ἐβασίλευσε Δαρεῖος ὁ Ὑστάσπου ἔτη κ'. ἐφ' οὗ πάλιν Ζοροβάβελ καὶ Ἰησοῦς ἐπιτραπέντες ἐτελείωσαν τὴν οἰκοδομὴν τοῦ ναοῦ, ὅτε ὁ Ζοροβάβελ ἐν προβλήματι νικήσας, καὶ ἐπιτραπεὶς αἰτήσασθαι ὃ βούλεται, ἠξίωσεν ἀφεθῆναι τὴν αἰχμαλωσίαν καὶ οἰκοδομηθῆναι τὴν Ἱερουσαλήμ· ὃ καὶ γέγονε, καὶ τότε πεπλήρωται εἰς τέλος τὰ τῆς αἰχμαλωσίας καὶ τῆς ὀργῆς ἔτη ο'. ὁ δέ γε ἀρχιερεὺς καὶ γραμματεὺς Ἔσδρας ἦν C *διδάσκων τὸν νόμον τοῦ θεοῦ καὶ διερμηνεύων ὡς εὐφυέστατος πάντων, ὃς καὶ τὰς ἱερὰς βίβλους ἀπεκατέστησε διαφθαρείσας ὑπὸ τῶν πολεμίων· οἱ γάρ τοι Χαλδαῖοι μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς Ἱερουσαλὴμ ἐνέπρησαν πάσας. διὸ καὶ ἐνέπνευσεν ὁ θεὸς τούτῳ ὥστε αὐτὰς ἐκθέσθαι.*

Μετὰ δὲ Δαρεῖον ἐβασίλευσεν Ἀρταβάνης μῆνας ζ'.

Μετὰ δὲ Ἀρταβάνην ἐβασίλευσεν Ἀρταξέρξης ὁ μακρόχειρ ἔτη μα'. ἐφ' οὗ Σοφοκλῆς Ἡράκλειτος καὶ Ἀναξαγόρας καὶ Πυθαγόρας καὶ Θουκυδίδης καὶ Εὐριπίδης καὶ Ἡρόδοτος καὶ

6 *Σμέρδιος?*

Cyrum excipit Cambyzes filius, qui et Nabuchodonosor vocabatur, per annos octodecim. ea tempestate Inditha divina ope et prudentia propria Olopherne deluso, eiusque Betuliae magnae urbis excidium minitantis capite amputato, ingentis victoriae Israelitis causa fuit; obiitque vidua aetatis annorum 105.

Cambysis regnum, eo defuncto, Sperdius Magus menses 7 occupavit.

Post Sperdium Darius Hystaspis filius regnum administravit annos viginti, sub quo rursum Zorobabelus et Iesus exaedificationis templi provinciam sibi commissam absolvunt. quando Zorobabelus superior in exponendo problemate declaratur, eique pro libito quidquid esset concederetur, primum libertatem populi, deinde Hierosolymorum exstructionem exposuit; quod et exitum habuit. et tunc anni septuaginta captivitatis et irae completi sunt. interea summus sacerdos scribaque Esdra populum legibus divinis informabat, et pro sua ingenii dexteritate interpretabatur. hic etiam libros sacros ab hostibus corruptos renovavit: Chaldaeorum quippe manu post Hierosolymorum excidium deflagrarunt. quapropter deus suo eum afflatu ita muniit, ut illos ederet et publicaret.

Dario in regno succedit Artabanes per menses septem.

Artabano Artaxerxes Longimanus per annos 41. ea tempestate Sophocles, Heraclitus, Anaxagoras, Pythagoras, Thucydides, Euripides, Hero-

Ἐμπεδοκλῆς καὶ Διογένης καὶ Ζήνων Φερεκύδης τε καὶ Ἀρίσταρχος D καὶ Ἱπποκράτης, Παρμενίδης, Πλάτων καὶ Ἀριστοτέλης καὶ Δημοσθένης καὶ Σωκράτης ἐγνωρίζοντο.

Μετὰ δὲ Ἀρταξέρξην ἐβασίλευσεν Ἀρταξέρξης ἄλλος καὶ οἱ καθεξῆς ἕως Δαρείου, ὃν ἀνεῖλεν Ἀλέξανδρος, οὗ τὴν Περσῶν βασιλείαν καταλύσαντος καὶ πάσης τῆς γῆς κρατήσαντος ἐν Βαβυλῶνί τε τελευτήσαντος διεῖλον τὴν βασιλείαν, ὡς πρόσθεν εἴρηται, οἱ παῖδες αὐτοῦ οὕτως. τῆς μὲν Αἰγύπτου Πτολεμαῖος ἐβασίλευσεν ὁ Λαγοῦ καὶ οἱ καθεξῆς Πτολεμαῖοι ιγ´ ἕως Κλεοπάτρας θυγατρὸς Διονυσίου, τῆς δὲ Ἀσίας πάσης Ἀντίγονος, τῆς δὲ Συρίας καὶ Βαβυλωνίας καὶ Παλαιστίνης Σέλευκος ὁ Νικάνωρ, P 161 ὃς καὶ πόλεις δύο κτίσας ἐν τοῖς μέρεσι Κιλικίας καὶ ἄλλην ἐν Συρίᾳ τὴν μὲν Σελεύκειαν ἐκάλεσεν τὴν δὲ Ἀντιόχειαν τὴν δὲ Λαοδίκειαν εἰς τὸ ἑαυτοῦ ὄνομα καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τῆς θυγατρὸς Λαοδίκης. ἐφ᾽ οὗ Ῥόδιοι θαλασσοκρατήσαντες ἀνέστησαν ἐν τῇ πόλει, ἤγουν τῇ ἐκεῖσε νήσῳ, χαλκοῦν ἀνδριάντα τοῦ ἡλίου, ὃν διὰ τὸ μέγεθος ἐκάλεσαν κολοσσόν, καὶ αὐτοὶ Κολοσσαεῖς ὠνομάσθησαν.

Μετὰ δὲ Σέλευκον ἐβασίλευσεν Ἀντίοχος υἱὸς αὐτοῦ καὶ ἄλλοι ε´. εἶτα ἐβασίλευσεν Ἀντίοχος ὁ ἐπιφανής, υἱὸς Σελεύκου B τοῦ φιλοπάτορος, ἐφ᾽ οὗ γέγονεν ἡ δευτέρα ἅλωσις τῆς Ἱερουσαλὴμ καὶ τὰ κατὰ τῶν Μακκαβαίων ἐπράχθη καὶ τὸ ἱερὸν ἐμολύνθη κατὰ τὴν τοῦ Δανιὴλ πρόρρησιν. ὃς καὶ δι᾽ ἃ ἔπραξε πολλὰ κακὰ αἰσχίστῳ μόρῳ τὸν βίον ἐπὶ ξένης κατέστρεψεν.

16 ἥως vulgo

dotus, Empedocles, Diogenes, Zeno, Pherecydes, Aristarchus, Hippocrates, Parmenides, Plato, Aristoteles, Demosthenes et Socrates florebant.

ἐποιεῖτο, τότε τὰ τῶν μοναχῶν ἐνεδέδυτο ἄμφια ὑπὸ τοῦ Φιλαδελφίας Ἰωαννικίου. ὡς γὰρ συχνῶς διηνώχλει τὸν βασιλέα ἐπιδημῆσαι τῇ Παφλαγόνων (ἐκεῖθεν καὶ γὰρ ὥρμητο), τὸ στρεβλόνουν τοῦ ἀνδρὸς ὁ βασιλεὺς ἐπιστάμενος οὐκ εἴα τοῦτον ἐπὶ τὰ ἐκεῖσε μέρη ἀφῖχθαι· σκοπὸς γὰρ ἦν αὐτῷ τὰ τῶν Παφλαγόνων πάντα διαταράξαι τῇ πρὸς τὸν βασιλέα δυσνοίᾳ. ὁ βασιλεὺς δὲ δικαιότατον πρὸς τοῦτον ἐποίει τὸν λόγον, ὡς μητροπολίτης κεχειροτόνησαι Σάρδεων, οὐκέτι γε μὴν Παφλαγονίας, καὶ δεῖ σε τοῖς C τῶν Σάρδεων ἐμφιλοχωρεῖν μέρεσι κἀκεῖσε καὶ διατρίβειν καί σου ποιμαίνειν τὸ ποίμνιον. ἐπεὶ οὖν ἐγνώκει ἀμετάπτωτον εἶναι τὸ βασιλικὸν βούλημα, μὴ ἔχων ὅ τι καὶ δράσειε, τὸν μονήρη βίον προείλετο. ὁ δὲ Θεσσαλονίκης Μανουὴλ ἄκων ἐξιὼν τῆς Νικαίας περί που τὰ ἐγγὺς ἐκείνης διέτριβεν. ὁ δὲ πατριαρχεύσας Ἀρσένιος καὶ αὐτὸς ἐξιὼν ἐκεῖθεν ἔν τινι σεμνείῳ ἑαυτὸν καθείρξας διῆγεν. ἐντεῦθεν συνελθόντες πάντες οἱ ἀρχιερεῖς ἐπὶ τὴν Λάμψακον, ψήφῳ πάντων καὶ προσταγῇ βασιλέως ὁ τῆς Ἐφέσου πρόεδρος Νικηφόρος εἰς τὸν πατριαρχικὸν ἀνήχθη θρόνον. ἀλλ' οὗτος, D καθάπερ εἰρήκειν, μήπω ἐνιαυτίσας τὸ βιοῦν ἐξεμέτρησε. τότε γοῦν ὁ σεβαστοκράτωρ Τορνίκιος τῇ φιλίᾳ τοῦ Ἀρσενίου προσκείμενος ἠνάγκαζε τὸν βασιλέα τὸν Ἀρσένιον εἰς τὸν πατριαρχικὸν καὶ αὖθις θρόνον ἀναγαγεῖν, θαύματά τινα καὶ τεράστια παρὰ τοῦ Ἀρσενίου ἐνεργούμενα διηγούμενος, καὶ πράγματα διηνεκῶς προυξένει τῷ βασιλεῖ, πατριαρχεύειν τὸν δύσνουν αὐτῷ βιαζόμενος.

4 περὶ vulgo.

ab Ioannicio Philadelphiensi monastico pallio induitur: ille enim continuo, et non sine molestia imperatoris animum sollicitabat, ut proficiscendi sibi daretur facultas Paphlagoniam, unde ipse ortum ducebat; sed imperator distorta hominis sensa apprime callens, ne in eas partes abiret, impediebat: animo enim proposuerat propter eas quas cum imperatore simultates exercebat, res Paphlagonum perturbare. verum imperator aequissimo eum sermone lacessit. "Sardium, non Paphlagoniae metropolitatum tenes: Sardium ideo partes invisendae, quibus continuo consuescere debes, ibique immorando greges tibi commissos pascere." igitur ubi imperatorem inexorabilem vidit, cum quid ageret ipse nesciret, monasticum vitae institutum complexus est. Thessalonicensis Manuel invitus Nicaea egressus in locis adiacentibus vitam ducebat. Arsenius item expatriarcha et ipse inde exiens in monasterium se intrusit. hinc universi praesules Lampsacum convenientes suffragio omnium mandatoque imperatoris Ephesinum antistitem Nicephorum in patriarchale solium invehunt. sed hic, ut iam dixi, neque per annum integrum cathedram moderatus e vivis excessit. tunc sebastocrator Tornicius Arsenio impense deditus imperatorem urgebat, ut Arsenium iterum in patriarchalem sedem promoveret, et mira quaedam ac portentosa Arsenii facinora in medium afferens continuo imperatorem ad molestiam usque exorabat, ut sibi minime ae-

D ἀναβάντες καὶ τῶν ποδῶν λαβόντες ἔρριψαν ἔξω τῆς πόλεως. οἱ δ' ἄλλοι ἀξίνας ἐγχειρισάμενοι καὶ τοὺς μοχλοὺς τῶν πυλῶν διαρρήξαντες ἐλευθέραν πεποίηνται τὴν εἰς τὴν πόλιν εἴσοδον τῷ στρατεύματι. οὕτω μὲν οὖν ὁ Στρατηγόπουλος Καῖσαρ καὶ οἱ σὺν αὐτῷ πάντες Ῥωμαῖοι καὶ Σκύθαι (ἐκ τῶν τοιούτων καὶ γὰρ τὸ ὑπ' αὐτὸν συνεκεκρότητο στράτευμα) ἐντὸς τῆς πόλεως ἐγεγόνεισαν. οἱ δ' ἐντὸς τῷ αἰφνιδίῳ κατασεισθέντες τοῦ πράγματος, ὡς εἶχον ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ σωτηρίαν ἐπραγματεύετο. καὶ οἱ μὲν ἐπὶ τὰ σεμνεῖα ἐβάδιζον καὶ μοναχικὰ ἐνεδέδυντο ἄμφια, ὅπως τὸν φόνον ἐκφύγοιεν, γυναῖκες δὲ εἰς ὀπὰς τοίχων συνεστέλλοντο καὶ εἰς στοὰς σκοτεινὰς καὶ ἀποκρύφους ἐκρύπτοντο. ὁ δὲ τῆς πόλεως κατάρχων Βαλδουῖνος ἐπὶ τὸ μέγα παλάτιον ὥρμησεν. οἱ δὲ ἐπὶ τὴν Δαφνουσίαν ἀπιόντες Λατῖνοι καὶ ὁ μετ' αὐτῶν ποτεστάτος, μηδέν τι τῶν γινομένων γνωρίσαντες, ἐπεὶ μὴ κατὰ τῆς
P 100 νήσου Δαφνουσίας ποιῆσαί τι ἴσχυσαν (ἀντελάβετο γὰρ ἐκείνων θεός), παλίνδρομοι πρὸς τὴν πόλιν ἐπανεζεύγνυον. μέχρι μὲν οὖν τοῦ ναοῦ τοῦ ἀρχιστρατήγου τῶν ἄνω δυνάμεων Μιχαὴλ ἐλθόντες, τοῦ περὶ τὸν ἐν Ἀνάπλῳ διακειμένου, οὐδέν τι ὅλως τῶν γεγενημένων ἐμεμαθήκεισαν· ἐκεῖσε δὲ ἀφιγμένοι καὶ ταῦτα μαθόντες εἰς τὴν πόλιν ὥρμησαν ἐπελθεῖν. ἀλλὰ τὰ Ῥωμαϊκὰ στρατεύματα τοῦτο γνόντες πῦρ ταῖς οἰκίαις τῶν Λατίνων ἐνέβαλον παρὰ τὸν αἰγιαλὸν κειμέναις, καὶ ἐνέπρησαν ταύτας, καὶ πρῶτα μὲν τὰς τῶν Βενετίκων, εἶτα τῶν ἄλλων γενῶν, ἃς καὶ Κάμπους
B κατωνόμαζον. ἐπεὶ δὲ εἶδον τὴν πόλιν πυρπολουμένην οἱ τῶν Λατίνων, τὰς παρειὰς ταῖς χερσὶ τύψαντες, καὶ λαβόντες ὅσους

9 περὶ vulgo.

ptum pedibus extra muros proiiciunt, alii strictis securibus et portarum vectibus disruptis in urbem introitum liberum exercitui aperiunt. hac ratione Caesar Strategopulus et cum eo Romani universi ac Scythae (ex his enim copiae conflatae erant) urbem ingressi sunt. cives re improvisa perculsi, ut quisque poterat, saluti suae consulere. hic quidam monasteria petere, et monasticum habitum, ut cladem evitarent, induere. mulieres in murorum foramina coniici, et in cellis obscuris reconditisque abscondi. civitati imperans Balduinus in magnum advolare palatium. qui vero Daphnusiam abierant Latini, et cum illis Potestas, eorum quae gerebantur plane ignari, cum nihil adversum Daphnusiam perpetrare potuissent (opem enim illis tulerat deus), retrogressi in urbem contendere, et in supernarum virtutum principis Michaelis templum in Anaplo situm conveniunt, adhuc eorum quae patrabantur nescii. at ubi eo commigrassent, certiores redditi in urbem gressus festinant. id Romanae copiae audientes, igne in Latinorum domos prope littus adiacentes immisso, eas corrumpunt, et ante alias Venetorum aliarumque deinceps nationum, quas Campos vocant. Latini incendiis urbem inflammari

ἠδύναντο ἐντὸς τῶν τριήρεων αὐτῶν καὶ τῶν λοιπῶν πλοίων, ὑπανεχώρησαν, μιᾶς τριήρεως εἰς τὸ μέγα παλάτιον ἀπελθούσης καὶ ἀναδεξαμένης τὸν Βαλδουῖνον ἐν χρῷ τῆς ζωγρείας γενόμενον. καὶ ταῦτα μὲν οὕτω ξυνέβη, καὶ ἡ Κωνσταντίνου προνοίᾳ θεοῦ καὶ αὖθις ὑπὸ χεῖρα τοῦ βασιλέως τῶν Ῥωμαίων ἐγένετο κατὰ λόγον δίκαιόν τε καὶ προσήκοντα, Ἰουλίου εἰκοστὴν καὶ πέμπτην ἄγοντος, οὔσης ἐπινεμήσεως τετάρτης, καὶ ἀπὸ γενέσεως κόσμου ἔτους ὄντος ,ςψξθ', ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν κρατουμένη χρόνους πεντήκοντα καὶ ὀκτώ.

86. Περὶ γοῦν τὸ Μετεώριον τότε σκηνουμένου τοῦ βασιλέως C ἐξαπίνης φήμη τις νύκτωρ τὰς τῶν πολλῶν περιεβόμβησεν ἀκοάς. ἡ δὲ φήμη παρὰ παιδαρίου τινὸς αὐταδέλφης τοῦ βασιλέως τῆς ὀνομαζομένης μὲν Εἰρήνης, διὰ δὲ τοῦ μοναδικοῦ σχήματος μετονομασθείσης Εὐλογίας, ἐκ τῶν τῆς Βιθυνίας μερῶν παρ' αὐτὴν ἀφικομένου, ὃς καθ' ὁδὸν ἐμεμαθήκει παρά του τῶν Ῥωμαϊκῶν στρατευμάτων ἁλῶναι τὴν Κωνσταντίνου. ὡς εἶχε γοῦν τάχους ἡ τοῦ βασιλέως αὐτοκασιγνήτη παρὰ τὸν βασιλέα ἀφιγμένη καταδαρθάνοντα τοῦτον εὗρε, καὶ ἠρέμα πως ἐκίνει αὐτὸν τῇ χειρί, ὅπως ἄν γε καὶ ἐγρηγορήσειεν, ἰσχυροτέρᾳ τῇ φωνῇ D ὑπολέγουσα ὡς κατέσχες, ὦ βασιλεῦ, τὴν Κωνσταντινούπολιν. καὶ πολλάκις τοῦτο εἰρήκει, καὶ ὁ βασιλεὺς ἐπέμενε μηδέν τι πρὸς ταύτην ἀνταποκρινόμενος. ὡς δὲ τὸν λόγον μετέβαλε καὶ εἰρήκει "ἀνάστηθι, βασιλεῦ· ὁ γὰρ Χριστὸς ἀπεχαρίσατό σοι τὴν Κωνσταντινούπολιν," τῆς κλίνης ἀναστὰς καὶ τὰς χεῖρας εἰς οὐρανὸν

15 ὡς vulgo.

conspicientes, genis manibus diverberatis, quotquot habere potuerunt ex suis in triremes et alia navigia assumptis, retro cessere. ex triremibus una in magnum palatium progressa Balduinum in maximo discrimine et extremo pene periculo, iam iamque vivum capiendum, recepit. et ita ea res evenit, et Cpolis, ita deo annuente, rursum sub potestate Romani imperatoris iure et merito venit, vigesima quinta mensis Iulii, indictione quarta, anno ab orbe condito 6769, postquam hostes ea potiti fuissent annos quinquaginta octo.

86. Ea tempestate imperator castra Meteorii disposuerat, noctuque ex improviso rumor quidam inter multorum aures perstrepuit. rumor a servulo quodam sororis imperatoris Irenes, sed propter monasticum habitum Eulogiae nominatae, e Bithyniae partibus ad ipsam profecto, qui in itinere audierat a Romanis copiis captam esse Cpolim, sparsus fuerat. illa propere imperatorem conveniens somno sopitum invenit; quare manu eum placide movere, et ut excitaret, altiore voce proloqui, "tenes, o imperator, Cpolim." saepius hoc repetiit: imperator immotus stans non respondebat. verumtamen cum illa sermone mutato dixisset "surge, imperator: Christus tibi Cpolim

ἀνατείνας „τοῦτον μὲν" ἔφη „τὸν λόγον, ὦ ἀδελφή, καὶ αὐτὸς δέχομαι. ὃν δὲ λόγον τὸ πρῶτον εἶπες, ὡς τῆς Κωνσταντίνου κεκράτηκα, οὐδαμῶς ἀποδέχομαι· πῶς γὰρ ἐκ τοῦ Μετεωρίου ἐγκρατὴς γενοίμην τῆς Κωνσταντίνου; ἀλλ' οὐδὲ στράτευμα κατ' αὐτῆς ἀξιόλογον πέπομφα. τὸ δὲ ῥᾴω ταῦτα εἶναι θεῷ καὶ αὐτὸς ξυνομολογῶ, καὶ θᾶττον ἂν τὰ μικροῦ καὶ ἀδύνατα τοῖς οἷς ἂν βούλοιτο παρασχεῖν καθέστηκε δυνατός." ταῦτ' εἰπὼν τοὺς ἐν
P 101 τέλει πάντας ξυνήθροισε, καὶ ἐπυνθάνετο εἰ ἀληθῆ δοκεῖ σφίσιν αὐτοῖς τὰ παρὰ τῆς φήμης. καὶ οἱ μὲν συνέθεντο τὰ τῶν λόγων ἐπαληθεύειν, καὶ μάλιστα οἷς ἡ τῶν Λατίνων ἔξοδος ἀκριβέστερον ἐπεγνώσθη· ἔνιοι δὲ τὸν λόγον ἦγον ἐν ἀμφιβόλοις, οἷς οὐκ ἐν γνώσει τὰ τῆς ἄνω προνοίας καθέστηκε κρίματα, ὑπολογιζόμενοι καὶ τὸ πρᾶγμα τῶν δυσχερεστάτων τε εἶναι καὶ μὴ ῥᾳδίως κατορθουμένων. ἐν τοῖς τοιούτοις μὲν λόγοις τὸ τῆς νυκτὸς παρῄει διάστημα· ἐπεὶ δὲ ἡμέρα ἐπέφωσκεν, ἐλπὶς μὲν ἦν πᾶσι τὸν διακομίζοντα ἀληθῆ ἀφικέσθαι πρὸς τὸ στρατόπεδον, ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς ἡμέρας ἐκείνης παραδεδραμήκει διάστημα, καὶ οὐδεὶς
B τοιοῦτος ἀφίκετο. ἤσχαλλον γοῦν αἱ τῶν ἁπάντων ψυχαὶ καὶ ἠδημόνουν, καὶ μάλιστά γε τοῦ βασιλέως. ἀλλὰ νυκτὸς ἐπιούσης ὁ τὴν ἀγαθὴν ἀγγελίαν διακομίζων ἐλήλυθεν καὶ σαφῶς εἰρήκει περὶ τοῦ ἔργου, ὅτιπερ τὰ τῶν Ῥωμαίων στρατεύματα μετὰ τοῦ Καίσαρος Στρατηγοπούλου ἐντὸς τῆς Κωνσταντίνου διάγουσιν. καὶ πάντα ὡς ἔσχεν ἀπήγγειλεν.

87. Ἀπάρας γοῦν ὁ βασιλεὺς τοῦ Μετεωρίου μεθ' ἡδονῆς

elargitus est," lecto assurgens manibusque in coelum extensis "hunc" ait "sermonem, soror, et ipse amplector, sed quem primum dixeras, me Cpoli potitum, nullo pacto excipio. quanam enim ratione, qui Meteorii sum, Cpolim devicerim? qui nec tantas copias ad eam debellandam adornavi. sed haec numini facillima esse et ipse fateor, citiusque ac commodius ea etiam, quae fieri haud posse videntur, quibus ipse voluerit, concedere potens est." dixit, omnibusque qui ibi in dignitate erant convocatis, an vera ea esse illis viderentur quae fama circumferrentur, interrogat. quidam annuere, rumorem vera nuntiare, et potissimum ii quibus Latinorum exitus exquisitius compertus fuerat. alii dubitare et in ambiguo ponere, qui divinae iudicia providentiae non accurate tenerent, ratiocinantes rem e difficillimis esse et ex illis quae non ita facili negotio peraguntur. in his sermonibus noctis spatium evigilatum est: ubi dies coepit, spes omnes tenere ab exercitu, qui vera referret, adventurum. at illius etiam diei intervallum consumitur, et horum nihil annuntiatur. anxii itaque omnes trahere cum animo suo et angi, et praecipue imperator. veruntamen nocte ineunte bonus internuntius accessit, planeque facinus fatetur, Romanum militem cum Caesare Strategopulo intus Byzantium sedem locasse, et cuncta modo quo evenerant narrat.

87. Igitur imperator Meteorio exiens, mirandum in modum suo bono

ὅτι πολλῆς τὴν Κωνσταντίνου φθάσαι διὰ τάχους ἐπέσπευδε, δεδιὼς μήποτε ἐκ τῆς Δαφνουσίας οἱ Λατῖνοι ὑπονοστήσαντες καὶ τῆς πόλεως ἐντὸς γενόμενοι μάχην κατὰ Ῥωμαίων στήσαιεν κρα- C τεράν, καὶ πολλῷ πλείους τῶν Ῥωμαίων ὄντες τῶν τείχων ἔξω βάλλουσι. ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐ ξυνέβη, ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν τὸ ἀθρόον τὰς ψυχὰς κατασεισθέντες προὔλαβον ἀποδρᾶναι, καθὼς ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσεν, ὁ βασιλεὺς δὲ τὴν πορείαν ἐπέτεινεν. ἐπεὶ δὲ καὶ τοὺς τοῦ Καλάμου βουνοὺς παρημείψαμεν καὶ τῆς Ἀχυράους ἐγγὺς ὁ βασιλεὺς ἐπήξατο τὴν σκηνήν, τότε δὴ καὶ τοῦ Βαλδουΐνου τοῦ τάχα βασιλικῶς τῆς Κωνσταντίνου κατάρχοντος τὰ βασιλικὰ διεκομίσθησαν σύμβολα· ταῦτα δὲ ἦν καλύπτρα Λατινικὴ τὸ σχῆμα καὶ μαργάροις πεποικιλμένη καὶ ὑπὲρ κεφαλῆς λιθίῳ κοκκίνῳ, πέδιλά τε κοκκοβαφῆ, καὶ σπάθη σηρικὸν κοκκοβαφὲς ἐνδεδυμένη προκάλυμμα. τότε D δὴ καὶ ὁ πολὺς λεὼς τὰ τῆς ὑποθέσεως ἐπεπίστευτο· τὸ γὰρ μεγαλεῖον οὐκ εἴα τοῦ πράγματος εὐχερῶς πιστεύειν τοῖς λεγομένοις. ἔσπευσεν οὖν ὁ βασιλεὺς πρὸς τὴν κίνησιν. ταχυτέρας γοῦν καὶ μακροτέρας ἐποιεῖτο τὰς μεταβάσεις. ἐγγίσαντι γοῦν τῇ Κωνσταντίνου τῷ βασιλεῖ κατὰ νοῦν ἐπῄει θεοπρεπεστέραν μᾶλλον ἢ βασιλικωτέραν τὴν εἰς τὴν Κωνσταντίνου ποιήσασθαι πάροδον. καὶ τὸν τρόπον ἐσκέψατο, ὅπως ἂν γένοιτο ὁ δὴ διὰ λόγων εὐχαριστηρίων πρὸς τὸν θεὸν καὶ φωνῶν εὐκτηρίων ὑπέρ τε βασιλείας καὶ ἱεραρχίας ὑπέρ τε τῆς πόλεως καὶ τῶν αὐτῆς οἰκητόρων καὶ τοῦ ταύτης πληρώματος. ἐπεὶ δὲ ἐζήτει τὸν τὰς εὐχὰς συγγράψασθαι μέλλοντα, τὸν φιλόσοφον Βλεμμίδην πρὸς τοὖργον ἐπινύξαι βεβούλητο. μακρὰν δὲ ἦν ὁ ἀνήρ· ἀμφὶ γὰρ τὴν Ἔφεσον τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο. εἰς

5 τὸ] διὰ τὸ? 13 περικάλυμμα?

gaudens, Cpolim celerrime festinabat, metuens ne Latini Daphnusia revertentes et urbem introgressi pugna magna cum Romanis confligerent et numero superiores extra muros eiicerent. sed haec minime contigerunt, quippe qui re subita atque improvisa animos deturbati fugam praeripuere, ut supra enarravimus. imperator iter sollicitabat, et Calami colles emensus prope Achyraum castra posuit. tunc Balduini Cpoli imperantis regia insignia allata sunt. haec autem erant operculum Latino more efformatum, unionibus interstinctum, in vertice saxulo rubeo renidens; cocco tincti calcei, et ensis ex serico rubro tegumentum indutus. tunc multitudo etiam rem ita fuisse persuasa est, quandoquidem facinoris magnitudo ne temere adeo dictis fides adhiberetur efficiebat. imperator loci mutationes longiores et velociores percurrens viam celeravit. Cpoli appropinquans animo agitare coeperat accessum ad urbem deo magis convenientiorem quam regi instituere, et modum, quo id ita fieret, excogitavit: per sermones nempe qui gratias deo referrent, et voces pro imperio sacerdotio urbe et cultoribus universis supplices. sed precationum scriptorem conquirens philosophum Blemmidam ad opus decreverat. verum vir ille longe aberat: Ephesi namque aetatem agebat. quare

P 102 *ἀργίαν δὲ τὰ τοῦ πράγματος ἔπιπτεν. ὁ δὲ βασιλεὺς μελλήσειν οὐκ ἤθελε πρὸς τὴν εἴσοδον. ἐδυσχέραινε γοῦν ἐπὶ τούτοις. ἀλλ' αὐτὸς τὸ δυσχερὲς διελυσάμην τῷ βασιλεῖ. "εἰ μὲν" γὰρ ἔφην, "ὦ βασιλεῦ, ὡς ἐξ ἁγίου ἀνδρὸς βούλει τὰς εὐχάς, ὥσπερ ἐθέλεις, γενέσθαι σοι, οὐκ ἔχω λέγειν· εἰ δὲ ἐξ οἱουδή τινος, δυναμένου δὲ συγγράφειν προέλοιο τὴν βούλησιν ἐκπεπλῆσθαί σοι, ἰδοὺ σοι αὐτὸς τὴν θέλησιν ἀποπλήσαιμι καὶ τὰς εὐχάς σοι συγγράψαιμι." ἔδοξε κρεῖττον τοῦτο τῷ βασιλεῖ, καὶ τῆς ταχινῆς εἰσόδου τὰς ὑπ' ἐμοῦ ποιηθησομένας προείλετο. ἐγὼ μὲν οὖν εὐθὺς ἡψάμην τοῦ ἔργου, καὶ οὔπω ἡμέρα παρῄει ὅλη καὶ νύξ, καὶ δέκα* B *πρὸς ταῖς τρισὶν συνεγραψάμην εὐχάς, ἑκάστην οἰκεῖον ἔχουσαν τὸν σκοπόν.*

88. *Κατέλαβε γοῦν ὁ αὐτοκράτωρ τὴν Κωνσταντίνου. τεσσαρεσκαιδεκάτην ἦγεν τότε ὁ Αὔγουστος. εἰσελθεῖν γοῦν εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν οὐκ ἠθέλησε τὴν αὐτὴν ἡμέραν, ἀλλὰ τὰς σκηνὰς ἐν τῇ μονῇ τοῦ Κοσμιδίου ἐπήξατο, τῇ ἄγχι διακειμένῃ τῶν Βλαχερνῶν. ἐκεῖσε γοῦν διανυκτερεύσας ἕωθεν ἀναστὰς τὴν εἰς Κωνσταντινούπολιν εἴσοδον ἀπειργάσατο τρόπον τοιοῦτον. ἐπεὶ δὲ ὁ μὲν πατριάρχης Ἀρσένιος οὐ παρῆν, ἔδει δὲ ἄρα τῶν τινὰ* C *ἀρχιερέων τὰς εὐχὰς εἰς ἐπήκοον ἐξειπεῖν, ὁ τῆς Κυζίκου μητροπολίτης Γεώργιος, ὃν καὶ Κλειδᾶν κατωνόμαζον, ἐπλήρου τὴν χρείαν, καὶ εἰς ἕνα τῶν πύργων τῶν τῆς Χρυσείας ἀναβάς, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ καὶ τὸ τῆς θεοτόκου ἐκτύπωμα τὸ οὕτω πως ἐκ τῆς μονῆς παρωνομασμένον τῶν Ὁδηγῶν, εἰς ἐπήκοον ἁπάντων ἀπεστομάτισε τὰς εὐχάς. ὁ μὲν οὖν αὐτοκράτωρ τὴν καλύπτραν*

res nimis differri ac procrastinari videbatur, cum tamen imperator ingressum impense admodum acceleraret, proptereaque animo angebatur. sed ipse ardua imperatori complanavi. nam "o imperator" dixi, "si a sancto viro preces hasce conscribi exoptas, quid dicam ipse non habeo: si a quocunque, qui tamen scribere possit, voluntati tuae satisfactum iri putas, ipse ego tibi quae concupiscis efficiam et preces componam." id ut melius probatur imperatori, et ut ingressus celer esset, a me componendas aliis praetulit. ipse statim opus aggredior. et nondum integer dies et nox excurrerant, et tres, et decem precationes conscribo, qualibet proprio argumento locupletem.

88. Imperator decimo quarto Augusti die Cpolim pervenit; neque illo eodem die urbem introit, sed apud Cosmidii monasterium prope Blachernas tentoria locat. ibi cum pernoctasset, postero die Cpolim hoc apparatu ingreditur. et cum patriarcha Arsenio absente precationes illae omnibus audientibus a praesule recitandae essent, Cyzici metropolita Georgius, quem Clidam cognominabant, quae necessaria erant supplevit: nam in unam ex aureae portae turribus ascendens, secumque deiparae imaginem ex monasterio Hodegorum gestans, omnibus audientibus precationes recitavit. interim imperator capitis tegumento regio deposito flexisque genibus in terram provolvi-

ἀποβαλὼν καὶ γόνυ κλίνας ἔπεσε χαμαί, καὶ πάντες δὲ οἱ σὺν αὐτῷ ὄπισθεν αὐτοῦ ἐπὶ γόνυ κατέπεσον. ἐπεὶ δὲ ἡ πρώτη τῶν εὐχῶν ἐκτετέλεσται καὶ ὁ διάκονος ἐσήμηνε τὴν ἀνέγερσιν, πάντες ἀναστάντες τὸ κύριε ἐλέησον, εἰς ἑκατὸν ἀριθμήσαντες, ἐπεβόησαν. καὶ τούτων τετελεσμένων πρὸς τοῦ ἀρχιερέως καὶ αὖθις D ἑτέρα τις ἐξεφωνήθη εὐχή. ὡς ἐν τῇ πρώτῃ γοῦν, καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ γεγένηται, καὶ οὕτω πως διαπέπρακται μέχρι καὶ συμπληρώσεως τῶν ὅλων εὐχῶν. ἐπεὶ γοῦν οὑτωσί πως τὰ τῆς ἱεροπραξίας ταύτης γεγένηται, θεοπρεπῶς μᾶλλον ἢ βασιλικῶς τὴν τῆς Χρυσείας πύλην εἰσῆλθεν ὁ βασιλεύς· πεζὸς γὰρ ἐβάδιζε, προήρχετο δὲ τούτου τῆς θεομήτορος ἡ εἰκών. μέχρι μὲν οὖν τῆς τοῦ Στουδίου μονῆς ἀπελθών, ἐκεῖσε τὴν εἰκόνα καταλιπὼν τῆς ὑπεράγνου μητρὸς τοῦ θεοῦ, ἐπιβὰς τοῦ ἵππου ἐπὶ τὸ τῆς σοφίας τοῦ θεοῦ ἀφίκετο τέμενος. ἐκεῖσε γοῦν τῷ δεσπότῃ Χριστῷ προσκυνήσας, καὶ τὰ εἰκότα τούτῳ εὐχαριστήσας, ἐπὶ τὸ μέγα κατηντήκει παλάτιον. ἐν εὐφροσύνῃ γοῦν καὶ θυμηδίᾳ πολλῇ καὶ ἀπλέτῳ χαρᾷ τὸ Ῥωμαϊκὸν τῷ τότε γεγένηται πλήρωμα· οὐδεὶς γὰρ ἦν ὁ μὴ σκιρτῶν τε καὶ ἀγαλλόμενος καὶ μικροῦ δεῖν τῷ πρά- P 103 γματι ἀπιστῶν διὰ τὸ ἀπροσδόκητον τοῦ ἔργου καὶ τὸ ὑπερβάλλον τῆς ἡδονῆς.

Ἐπεὶ δὲ ἔδει καὶ τὸν πατριάρχην ἐντὸς γενέσθαι τῆς Κωνσταντίνου, μετὰ παραδρομὴν τινῶν ἡμερῶν λόγοις καὶ τῇ παρὰ τούτων πειθοῖ εἰσῆλθε, καὶ ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ ἱερὸν ἀπῆλθεν ἀνάκτορον, τὸ τῆς μεγάλης σοφίας τέμενος, ἵν' ἐγχειρίσῃ τὴν

18 περὶ vulgo.

tur, omnesque qui cum eo erant post eum in genua procumbunt. sed precationum prima finita, diaconus indixit ut assurgerent. omnes stantes, "domine miserere" centies numerantes acclamarunt. his finitis a praesule rursus alia precatio enuntiatur. itaque ut in prima, ita in secunda et in aliis factum est, et sic deinceps usque ad integram precationum omnium recitationem sacris precationibus ceremoniisque fine posito, deo magis convenientius quam regi, portam auream imperator ingreditur: pedes imperator praeeunte dei matris imagine proficiscebatur. ad Studii monasterium ventum est. eo in loco immaculatissimae dei matris imagine relicta, equum conscendens ad sapientiae dei templum pervenit, et Christo domino adorato, gratiisque uti par erat relatis, ad magnum palatium appellit. exultatione itaque et ingenti laetitia et inenarrabili gaudio Romanorum omnis sexus repletus gestiebat. namque qui non saltaret vel ludibundus exiliret nemo erat, tantae rei assensum vix praestans propter improvisum opus et superaffluentem voluptatem. quando vero et patriarchae ingrediendum erat Cpolim post nonnullorum dierum excursum, sermonibus suasionibusque adductus introit imperator in sacram regiam, magnae sapientiae sacrarium, ad cathedram pontifici consignan-

καθέδραν τῷ ἀρχιερεῖ. καὶ συνήθροιστο μετὰ τοῦ βασιλέως καὶ τῶν ἐν τέλει πάντες καὶ τῶν ἀρχόντων οἱ πρόκριτοι καὶ πᾶσα πληθύς. ὁ βασιλεὺς δὲ τῆς χειρὸς τοῦ πατριάρχου ἐπιλαβόμενος B *"ἔχεις" φησὶ "τὸν θρόνον σου, δέσποτα, καὶ οὗ τινὸς ἐκ μακροῦ ἐστέρησαι. νυνὶ τῆς καθέδρας ἀπόλαυε." καὶ οὕτω μὲν καὶ ἐπὶ τῷ πατριάρχῃ τὰ τοῦ βασιλέως ξυνέβη.*

89. *Ἐγένετο δὲ τότε καί τι τοιοῦτον, ὃ μὴ παραδοῦναι γραφῇ τῶν οὐ δεόντων ἐλογισάμην. λόγον ἐπὶ τῇ ἀναρρύσει τῆς Κωνσταντίνου συνεγραψάμην. καὶ ὁ σκοπὸς τοῦ λόγου κατὰ τὰς ἀρχὰς εὐχαριστία ἦν πρὸς θεὸν τῆς πρὸς Ῥωμαίους τούτου ἀγαθουργίας καὶ τῆς εὐσπλάγχνου κηδεμονίας καὶ ἀντιλήψεως, συν-* C *ανεκεράννυτο δὲ τῷ λόγῳ καὶ εὐφημία πρὸς τὸν βασιλέα εὐχαριστήριος. ἡ δὲ ἐπὶ τέλει τοῦ λόγου ἀξίωσις συναναγορευθῆναι τῷ βασιλεῖ καὶ πατρὶ τὸν βασιλέως πρωτογενῆ παῖδα, τὸν Κομνηνὸν Ἀνδρόνικον. τοῦτο ἐλάνθανε τοὺς πολλούς, καὶ μάλιστα τῶν ἐν τέλει, οἷς καὶ οὐ κατὰ γνώμην ὑπῆρχε τὸ πρᾶγμα. οἱ μὲν προύχοντες τῶν ἡμετέρων, ὅ τε δεσπότης Ἰωάννης ὁ τοῦ βασιλέως αὐτάδελφος καὶ ὁ πενθερὸς τούτου ὁ σεβαστοκράτωρ Τορνίκιος (ὁ γὰρ Καῖσαρ Στρατηγόπουλος, καὶ εἰ παρῆν ἐν τοῖς τοιούτοις, οὐδ' ὅλως εἶχε περὶ τούτων φροντίδα), τὸν σκοπὸν ἀγνοοῦντες καὶ τὴν ἀξίωσιν τοῦ προβλήματος ἠνάγκασαν τὸν βασιλέα ἐπ' ἀκροάσει γενέσθαι τοῦ λόγου. ὁ δὲ βασιλεὺς ἐδυσχέραινεν· ἤδη γὰρ μεσημβρινὰς τὰς ἀκτῖνας ὁ ἥλιος ἔβαλλε, καὶ ὁ τοῦ ἀρίστου παρῄει καιρός.*

dam. cum imperatore omnes in dignitatibus constituti et patriciorum praecipui et plebs universa accurrerat. ibi imperator manum patriarchae continens "tene" inquit "thronum tuum, domine, et a qua tamdiu aberrasti, cathedra fruere." sic etiam patriarchae ab imperatore provisum.

89. Ea tempestate accidit, quod non alienum a narratione mea esse ducens hic scripto consignabo. orationem de recepta Cpoli composueram. orationis argumentum, circa principium gratiae deo pro beneficentia erga Romanos et misericorde suo auxilio ac patrocinio redditae: inerat et orationi praeter imperatoris praeconia ad eundem gratiarum actio; sub calce adhortatio ut Andronicus Comnenus primus imperatoris filius cum imperatore et patre in administratione advocaretur. hoc multos et potissimum dignitatibus praeditos, quibus non ex sententia res successisset, fugiebat. at ex nostris, qui primas obtinebant, Ioannes nempe despota imperatoris frater, et socer illius sebastocrator Tornicius (nam Caesar Strategopulus, licet adesset, de his omnino nullam curam suscipiebat), propositum ignorantes et postulata problematis, imperatorem ad orationem audiendam compulere. imperator aegre ferebat: iam enim sub meridie solis radii ingruebant, et prandii hora abierat.

THEODORI DOUSAE

ET

LEONIS ALLATII

IN GEORGIUM ACROPOLITAM

NOTAE.

THEODORI DOUSAE
ET
LEONIS ALLATII
IN GEORGIUM ACROPOLITAM
NOTAE.

Plurima hic sunt, benevole lector, cum in sermone tum in argumento libri, quae virum etiam *πάνυ ἵστορα* remorari possint, ex utriusque nimirum insolentia. insolentes in sermone voces, res plurimum abstrusae. difficultatis illius in causa sunt antiquitas, novitas, peregrinitas. quae tria sermoni vitium, rei obscuritatem adferre solent. sermoni vitium a vocibus vulgaribus et a saeculi phrasibus accedit; rem obscurat historiae varietas, quae et non parum hic distorta est et implexa. sane accuratiorem temporum et rerum distinctionem desidero. sed quemadmodum illo aevo omnium rerum et imperii confusio erat distractioque et quasi chaos quoddam nationum, ita etiam existimo hanc historiam. quae tamen ne semper cum tineis certaret et opimum pabulum blattis praeberet, manum admovi extergendis illis sordibus et obscuritatibus explicandis. quodsi non omnia, quorum equidem imparem me fuisse libens profiteor, aliquid me tamen assecutum spero. quae me fefellerunt in tanta obscuritate, excusabit facile quisquis humanus est. prodit itaque (quod felix faustumque sit et utile rei publicae literariae) mea opera studioque nunc primum ex pulvere situque erutus et vindicatus Georgius Logothetes, auctor neutiquam aspernandus et meliore (Hercules!) fato dignissimus, qui rebus gestis quas memoriae prodit non interfuit solummodo, sed plerumque et praefuit; quod non obscure alibi ipsemet indicat. quid pluribus opus est? quanti suo aevo habitus sit, ostendit qui eum propius novit, maximi nominis et dignitatis vir Gregorius Cyprius, prae-

claro illo et pene invidendo elogio, quod operi praefiximus. ut taceam titulum logothetae, quae summa fuit apud Graecos imperatores dignitas; de qua mox infra quaedam dicturi sumus. DOUSA.

Tit. *ΛΟΓΟΘΕΤΟΥ*] Logothetes auctoris nomen proprium possit videri. sed est officii Palatini nomen; unde haud scio an nomen proprium, quamvis pereunte officio, in familia permanserit. quae autem fuerint Logothetae partes apud imperatorem, ex Curopalate seu Georgio Codino petas licebit, cuius extat elegantissimus et accuratissimus de officiis Palatii Cpolitani et magnae ecclesiae libellus. vide et Iohannis Meursii Glossarium Graecobarbarum, ex quo disces variis fuisse dignitatibus nomen hoc appositum. erat e Palatinis (ut ecclesiasticos praeteream) ὁ λογοθέτης τοῦ γενικοῦ, id est aerarii. erat et ὁ τῶν οἰκειακῶν, qui alias κουράτωρ. erant praeterea ὁ τοῦ δρόμου, τοῦ στρατιωτικοῦ, τῶν ἀγελῶν, τῶν σεκρέτων, qui postremus Nicetae Choniatae in Manuele Comneno lib. 7 etiam καγκελλάριος dicitur. inter omnes autem excellebat ὁ μέγας λογοθέτης, eiusque munus circa mandata bullasque imperatoris et alia (quae functio quaestoris est) occupari. quae cum singula diligentissime ab amico illo nostro praestantissimo explicata sint et notata, supervacuum esse duxi ea hic repetere, cum ad satietatem illinc haurire quisque possit. quaedam etiam haud protrita suppeditabit summus iureconsultus Iac. Cuiacius ad lib. 10 codicis Iustinianei tit. 30, qui est *de discussoribus*, id est, I. C. interprete, *logothetis*: et *discussores* ait esse veluti *cognitores et disceptatores rationum fiscalium ab aliis tractatarum* vel *etiam rationum publicarum*. Novella Valentiniani de Indulg. reliq. refert *discussores in provincias plerumque proficisci ambitione et suffragio potius quam merito vel electione certa, et ingressos statim expetere cohortales atque etiam scholares*. exhibet ibidem vir summus lib. 4 ex lib. 56 Basilicon, quae exulabat. cuius capita praecipua haec sunt: *non mitti in provincias discussorem sine auctoritate principis; discussis apocham sacram vel a discussore dari; sumptus solatiaque discussorem sive logotheten habere ex publico, nihil capere a collatoribus*. discussor in Novella Valentiniani s. d. *inspector* vocatur. sed frequentius λογοθέτης dicitur. Procopius lib. 2 de bello Gothico: ἦν δὲ Ἀλέξανδρός τις ἐν Βυζαντίῳ τοῖς δημοσίοις ἐφεστὼς λογισμοῖς· λογοθέτην ἑλληνίζοντες τὴν τιμὴν ταύτην καλοῦσι Ῥωμαῖοι. in vetustis glossariis *discussor* alias redditur πράκτωρ στρατιώτης, alias λογοθέτης. quo autem munere ex iis omnibus noster Georgius functus sit, haud satis mihi hactenus compertum est. quare illud in medium relinquo, erudito lectori investigandum. discutiendum itidem doctioribus relinquo unde *Acropolites* dicatur. *Acropolis* Libyae urbs et Aetoliae apud Stephanum Ethnographum. Iberiae Asiaticae etiam urbs Dioni

lib. 37. diversae aliae item Acropoles. *Acropolis* quoque arx Atheniensium: Athenae enim in tres partes sive regiones distinctae olim et divisae, *Acropolin Astu* et *Piraeeum portum*. hinc nonnemo fortassis satis putet constare auctorem hunc fuisse Athenis natum. aliis aliter videbitur. DOUSA.

p. 3 v. 1. Veteres fere omnes ac recentiores historici id ex animo accurarunt, ut ante alia lectoribus historiae, et praecipue quam ipsi tum scriberent, utilitatem miro verborum apparatu proponentes, et quasi illice blanda aeque ac impulsoria legentium animis pellectis, ad sui lectionem vehementius inflammarent: utilitate enim videntur omnia probare; ideoque non incongrue Ovidius 2 de Ponto,

ipse decor recti, facti si praemia desint,
non movet; et gratis poenitet esse probum.
nil nisi quod prodest, carum est. en detrahe menti
spem fructus avidae, nemo petendus erit.
at reditus iam quisque suos amat, et sibi quid sit
utile sollicitis computat articulis.

idque cum alii fuse abundanterque peregerunt, ait hic auctor nolle se nunc eadem iterare, ne videatur eandem cantilenam canere. nec alia ratione suam exorsus est historiam Polybius. prooemium hoc inscio editum est a compilatore, licet fere omnia in eandem sententiam efferantur, quem edidit Dousa, ut quilibet ex se animadvertet. nos tamen codicem nacti absolutiorem, praefationem illam in compilatione exhibuimus, quam ex eo exscripsimus fere eandem cum hac nostra. ALLATIUS.

p. 5 v. 8. Tacitus Annal. 1: *sine ira et studio, quorum causas procul habeo.* et 1 Histor. *sed incorruptam fidem professis, nec amore quisquam et sine odio dicendus est.* veritas historiae quanti facienda sit, fuse cum alii pertractarunt tum Georgius Pachymeres in prooem. histor. p. 12 11 sqq. ALL.

ib. v. 11. τοῦ μὴ λήθης βυθῷ ἢν ὁ χρόνος] Pachymeres p. 12 5 et Ioannes Cinnamus p. 4 1. ALL.

ib. not. v. 6. ἐγγελυμένα] ita vitiose ms, quo unico usi sumus. scribendum ἐγγεγλυμένα. DOUSA.

ib. v. 13. τῆς Κωνσταντίνου] Cpolis et ab aliis scriptoribus, antequam caperetur a Latinis, id est Italis Gallis et Belgis, πόλις πόλεων καὶ βασιλέων ἑστία, felix ante alias et regina urbium dicta est, nomenque propter excellentiam urbis et Novae Romae meruit. nam Byzantium vetus nomen nemo paulo humanior ignorat, situmque eius, nempe ad Bosporum Thracium, imperii Occidentis quondam (et etiamnum hodie, si ita Turcorum tyrannidem nominare liceat) caput. haec augusta et regia urbs, veteris Romae (quae et septicollis uti haec ἑπτάλοφος Graecis) aemula, mundi miraculum, orbis epitome ac re-

rum domina, tum temporis in flore suo non immerito Martialis versibus compellari potuit

terrarum dea gentiumque Roma,
cui par est nihil et nihil secundum.

enimvero hoc Iudaeus scriptor testatur, Beniamin (inquam) Tudelensis in Itinerario suo, ubi se Cpolim venisse et inter alia urbis admiranda vidisse Blachernas ad littus maris, opus imp. Emmanuelis, scribit. *in eo,* inquit, *loco vidi res narratu incredibiles. deferuntur enim in illud Palatium quotannis tributa, quibus turres implentur coccinea purpureaque veste et auro, ita ut nullibi terrarum par structurae atque divitiarum exemplum inveniri possit. affirmatur autem ipsius solius civitatis vectigal, ex foris portu ac mercatorum tributo collectum, ad viginti milia aureorum in singulos dies accedere.* vixit hic auctor ante 400 et quod excurrit annos. Nicetas Choniates non uno in loco nobilissimam hanc urbem mire praedicat, sortemque eius iam a Latinis captae deplorat: vide imprimis elogium urbis in Alexio Duca Murzuflo. habet in κειμηλίοις suis Bonaventura Vulcanius V. C, optime de litteris Graecis meritus, Gregorii Cyprii patriarchae Cpolitani descriptionem et encomium illius urbis, Emmanuelis praeterea Chrysolorae epistolas, quibus veterem et Novam Romam inter se accuratissime comparat. extantque vulgo Petri Gillii de topographia Cpoleos et de illius antiquitatibus doctissimi commentarii, uti et de Bosporo Thracio. imaginem vero huius amplissimae civitatis videre qui volet, adeat is academiae Lugduno-Batavae bibliothecam, ubi Turcica Cpolis in tabula 11 circiter pedes oblonga manu Melchioris Lorichii felicissime delineata visitur. de eadem non pauca etiam in epistolis et itinerariis suis memoriae produnt amplissimus Augerius Busbequius et ornatissimus frater meus Georgius Dousa, qui annis superioribus, dum vita deusque sinebant, Cpoli cum esset, ex Georgii Cantacuzeni, viri magni et imperatorio stemmate oriundi, bibliothecae mss codicibus sic satis instructae servitute Georgium Logothetam nostrum redemit; cuius primae editioni, lector, si aequum te ac faventem sensero, communicabo tibi post non visas hactenus et a multis expetitas Ioannis Zonarae epistolas theologicas, rarum mihique carum opus. quibus et alia fortasse succedent, reliqua mihi adhuc ex libris mss, quos secum P. M. frater meus Cpoli advexit. caeterum viri illustris Hesychii Milesii elegantissimus libellus de rebus patriis Cpoleos, quem recens amicus noster Ioannes Meursius Graece et Latine primus vulgavit notisque eruditissimis illustravit, non est sane praetereundus, quinimo ambabus manibus amplectendus. videatur etiam hic eodem titulo conscriptum opusculum elegans Georgii Codini, origines Cpolitanas complectens, quod frater meus Georgius Heidelbergae olim in linguam Latinam ex Graeco transtulit, et

postea ab amicis ibidem typis descriptum est, iterato deinde editum notisque eruditissimis auctum opera eiusdem Meursii. Dousa.

p. 5 v. 13. Cpolis laudes et encomia passim ubique prostant; in cuius laudibus Graeci fere omnes et Byzantini praecipue multiloquaces merito habiti sunt, et garrisse adeo ut neque caput neque pes sermonis unquam comparuerit. in tantam urbis felicitatem addam et ego nonnulla, quae quia non edita et rara, ideo gratiora curioso lectori accedent. Aimonius Sophista Orat. Eucharist. in Iulianum imperatorem inter alia: *σὲ δὲ οὐδὲ νῆσον, οὐδέ τινα πόλιν, ἃς οὕτω καλοῦσιν ἄνθρωποι, ἀλλ' ἤπειρον ὅλην ὀλίγου δεῖν πόλιν ποιήσασαν, τίς ποιητὴς ἢ λογοσυνθέτης οὐκ ἂν εἰκότως ὑμνήσειεν; θαυμάζομέν σου καὶ τὰ λοιπὰ πάντα. σὺ μὲν γὰρ Εὐρώπης ἀρχή, σὺ δὲ καὶ πέρας καθέστηκας, σὺ δὲ καὶ Ἀσίας τὴν ἴσην μοῖραν κεκλήρωσαι. σοὶ μὲν Πόντος κύμασιν ἵσταται, ἐκ σοῦ δὲ Αἰγαῖος γεννᾶται. σὸς δὲ καὶ γείτων ὁ μέγας Βόσπορος, πορθμὸς πάσης μὲν ποιήσεως πάντων δὲ λόγων ἀγώνισμα, ὥσπερ οἶμαι καὶ προμαντευόμενος ὡς καὶ διογενῶν βασιλέων φύσιν κόλποις τοῖς ἑαυτοῦ τιθηνήσαιτο· λέγεται γὰρ Ἰὼ τὴν Ἰνάχου κρίσει Διὸς εἰς βοῦν ἐκ παρθένου τὴν ἑαυτῆς φύσιν ἀμείψασαν νήξασθαί τε ταύτην τὴν θάλασσαν καὶ δοῦναι τῷ πορθμῷ κλῆσιν τῆς τότε τύχης τὸ σύμβολον. τὸ δὲ σὸν μέγεθος ἢ κάλλος τίς ἂν ἢ μεγέθει λόγων ἢ κάλλει κατὰ τὴν ἀξίαν ὑμνήσειεν; ἀρξαμένη γὰρ ἐκ μέσου* etc. Constantinus Porphyrogenneta orat. de translat. reliquiarum divi Ioannis Chrysostomi: *καὶ καυχήσεως στέφανος τῆς ὑποδεξαμένης μεγαλοπόλεως. οὐ γὰρ ἔδει τὴν τοσούτοις εὐθηνουμένην καλοῖς καὶ τοσούτοις ἐναγλαϊζομένην ἀγάλμασιν ἀρετῆς οἷον ἠκρωτηριάσθαι περὶ τὸ καιριώτερον καὶ τὸν οἰκεῖον περιῃρῆσθαι κόσμον.* et *ναὶ τέκνα πολιτείας εὐγενοῦς τε καὶ φιλοσέμνου, τῆς εὐδαίμονος πόλεως εὐτυχέστατα θρέμματα, καὶ γεννήματα τῆς τιμώσης τὰ τίμια λόγοις καὶ πανδήμοις ἑορταῖς τε καὶ πανηγύρεσιν.* Constantinus Manasses lib. 2 Odoeporici:

ὦ γῆ Βυζαντίς, ὦ πόλις τρισολβία,
ὀφθαλμὲ τῆς γῆς, κόσμε τῆς οἰκουμένης,
τηλαυγὲς ἄστρον, τοῦ κάτω κόσμου λύχνε,
ἐν σοὶ γενοίμην καὶ κατατρυφήσαιμί σου.
σὺ καὶ περιθάλποις με καὶ διεξάγοις
καὶ μητρικῶν σῶν ἀγκαλῶν μὴ χωρίσαις.

auctor vitae Ioannis Acatii: *ἤνεγκε μὲν ἡ πασῶν πόλεων ἡγεμονὶς αὕτη, ἥγε τῷ πάσας μὲν πανταχοῦ τῆς παντοδαπῆς καλλονῶν εἴδεσιν ὑπεραίρειν πάντας εἰς εὐφημίαν κινεῖ, οὐδὲν δὲ ἧττον ἐξ ὧν ηὐμοίρησε μὲν τὴν ἀρχὴν οἰκιστὴν καὶ ἀρχηγέτην τὸν ἀοίδιμον ἐν βασιλεῦσι, τὸν κρηπῖδα εὐσεβείας Ἕλλησι καὶ βαρβάροις καταβαλλόμενον ἐπιγράψασθαι, εὐμοίρησε δὲ τοῖς κορυφαίοις τῶν ἀποστόλων ὀρέξαι μὲν χεῖρα φιλόξενον, ὁδὸν δὲ οὐκ ἀγεννῆ τῷ θείῳ τεμεῖν κηρύγματι, ἐνταῦθα μάλιστα τοῦ Βυζαντίου, ἔνθ' ὁ νῦν*

ἐπαινούμενος τὸ στάδιον ἑαυτῷ τῶν ἄθλων ἐπήξατο. αὐχεῖ δ' ἐντεῦθεν μαρτύρων μήτηρ καὶ τροφὸς ὀνομάζεσθαι, ᾗ πᾶσα μὲν γῆ καὶ θάλασσα ὑπήκοος, πᾶσα δὲ ἤπειρος καὶ γῆ νησιῶτις πανταχόθεν ὡς ἀπὸ κύκλου ῥέπει πρὸς κέντρον βασιλείοις ἑπομένη νεύμασιν, ἀφ' ἧς σοφία καὶ δικαιοσύνη πᾶσα πάσαις πηγάζει ψυχαῖς. πάντων δὲ πρακτέων ἑσμὸς θεμιστεύεται, τὰ μὲν ἐς ψυχὴν ἐν θεοῦ μοίρᾳ, τὰ δ' ἐκτὸς ἐν τάξει πατρὸς εὐφυῶς τεταγμένης, καὶ ὡς ἔπος εἰπεῖν ἀντὶ κοινοῦ χρήματος ἅπασι τοῖς ὁμοπίστοις τελούσης. ἣν εἴ τις ποιητῶν θαυμάζων ἐτύγχανεν, εἶτα πρὸς τοῖς ἄλλοις ἐγκωμίοις καὶ θεόδμητον ἐτόλμησε προσερεῖν καθάπερ τὸ Ἴλιον δεδομῆσθαι μυθεύεται, μόλις ἂν ἔτυχε τῆς ἀξίας, ἧς ἀγορᾶς τε καὶ μαρτύρων ἑστίας καὶ ναῶν κάλλη, καὶ περιβόλοις, καὶ τ' ἄλλα τοῦ παντὸς εἴδη κόσμου, καὶ μεγέθοις ὑπό τε φύσεως καὶ τέχνης κεκοσμημένα, τίς ἂν ἑξῆς, εἰ μὴ στόματα δέκα καὶ γλῶσσας καθ' Ὅμηρον ἐσχηκώς, δύναιτο καταλέγειν; ὅπως μὲν τὰ κατὰ τὴν χώραν γεωργίαις κοσμοίη, καὶ τῶν τε ὑπαρχόντων ἐπικαρπίας καὶ ἑτέρων κτῆσιν παντοδαπῶν διδοίη, ἐν ᾗ παίδων τροφαὶ καὶ παιδεία κατὰ νόμον Χριστιανοῖς πάτριον, καὶ ξένων ὑποδοχαί, καὶ θεραπεῖαι ἀνδρῶν εὐαγῶν κατὰ τὰς θαυμασίας μάλιστα διατάξεις τῶν ἱερῶν μαθητῶν, ἐν ᾗ παντοδαπαὶ δι' ἔτους τῶν ὡρῶν πρόσοδοι ἑορταί τε καὶ πανηγύρεις καὶ θυμηδίαι φέρουσαί τινα τοῖς πένησι ψυχαγωγίαν. ἔτι δ' ἐκκλησίαι καὶ νόμοι καὶ δικαστήρια, καὶ ὅσα δὴ καθ' ἕκαστον ἐν πόλεσιν ἑτέραις ἔστιν ἰδεῖν, ἐνταῦθα εὕροι τις πάνθ' ὁμοῦ τὰ πανταχοῦ γῆς σπάνια. ὥστ' ἐοικέναι τήνδε τὴν πόλιν κοινῷ τινὶ τῆς γῆς ἐργαστηρίῳ, μᾶλλον δ' ἐνταῦθα ἐστὶ τὸ κοινὸν ἀνθρώπων ἐμπόριον καὶ ἡ κοινὴ τῶν ἐν γῇ φυομένων διοίκησις. πρὸς ἣν ἄγεται πάνθ' ὅσα πολλαχόθεν ταῖς ὥραις φύεται, τὰ μὲν ἐκ τῆς πέραν ἠπείρου, τὰ δ' ἐκ θαλάττης, τὰ δ' ἐκ τῶν ἄνω καὶ κάτω Μυσῶν, τὰ δ' ἐκ τῆς Σκυθῶν ἐρημίας παραδόξως εἰπεῖν, καὶ Θεμισκύρας τοῦ τῶν Ἀμαζόνων πεδίου. καὶ ὡς ἔπος εἰπεῖν πάντα πανταχόθεν, τὰ μὲν δὴ ὁλκάδων, τὰ δὲ δι' ὀχημάτων, τὰ δὲ τρόποις παντοδαποῖς, ὡς εἰς κοινὸν καταγώγιον συρρεῖ, ὥσπερ τοὺς ποταμοὺς ὁρῶμεν αὐτομάτως συνιόντας εἰς θάλατταν. ἔνθ' ἰδεῖν ἔστιν, ὡς οὐκ ἄλλοθι τοὺς οὐχ ἧττον κτήμασιν ἐγγείοις ἢ ναυτικοῖς ἰσχύοντας. τοῦ γε μὴν λιμένος θέσιν τε καὶ κάλλος καὶ μέγεθος, καὶ ὡς εὖ μὲν τῶν ὅρμων καὶ νεωρίων, εὖ δὲ νεωσοίκων ἔχει καὶ τῆς ἄλλης κατασκευῆς καὶ χρείας καὶ τῆς ἐξ ἄκρων εἰς ἄκρα διαβάσεως, ὥσθ' ὁλόκληρον ὡς ἀληθῶς θάλασσαν ἐξεῖναι, μὴ λιμένα καλεῖν, ἔνθ' εὐχερὴς μὲν ὁ ἔκπλους, εὐχερέστερος δ' ὁ κατάπλους. ἔνθα γαλήνην βαθεῖαν εὑρεῖν ἔστιν κἂν ταῖς θυέλλαις καὶ καταιγίσιν, ὅτε καὶ τὰ τῆς γῆς θεμέλια κλονεῖσθαι δοκεῖ. ταῦθ' ἅπαξ πάντα κἂκ τοῦ παρήκοντος εἰπόντας ἐνίους ἀποχρώντως ἔχειν σφίσιν ἡγεῖσθαι ἀνδρῶν ἂν εἴη λίαν ῥαστωνευομένων πρὸς τὰ καλά. ὡς ἐκ πάντων τῶν γε εἰρημένων συμβαίνειν τὴν βασιλίδα τήνδε τῶν πόλεων περιττῶς ἀμφοτέρωθεν κεκοσμῆσθαι, τοῦ τε λαχεῖν τῶν ἄλλων διαφερόντως

ἑστίαν καὶ θῶκον τυγχάνειν βασίλειον καὶ νίκην ἀνελέσθαι κατὰ πασῶν, καὶ τοῦ διὰ πάσης τῆς τ' ἔνδον τῆς τ' ἐκτὸς ἀρίστης καὶ ἀλέκτου κατασκευῆς τε καὶ τῶν ἄλλων πλεονεκτημάτων ἐκνικῆσαι καλλίστην καὶ ἡγεμωνικωτάτην εἶναι τῶν πόλεων ἁπασῶν. τό γε μὴν πάνθ' ὑπεραῖρον ἀπείροις μήκεσι πρόσχημα, καὶ ἡ κοινὴ τῶν εἰς Χριστιανοὺς τελούντων φιλοτιμία, ὀφθαλμοῖς τε κόρον οὐκ ἔχον θαῦμα, ὥστ' εἶναι τοῖς ὁρῶσι καὶ μόνον μείζοσιν εὐθὺς τὴν γνώμην ἐντεῦθεν γίγνεσθαι, ὁ νεὼς ἕστηκεν οὗτος μεσσηγὺ γαίης, ποιητὴς ἂν εἶπε, καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος, κατὰ τὴν Ὁμηρικὴν ἐπὶ γῆς μὲν βαίνουσαν εἰς δ' αἰθέρα φθάνουσαν ἔριν. Ἄτλας τις ἄλλος ἑῷος, οὐκ οὐρανὸν κατὰ τὸν ἑσπέριον τὸ δοκοῦν ποιηταῖς κίονος ἀνέχων τρόπον, ἀλλὰ τὴν ὑπ' οὐρανὸν πρυτανεύων διὰ τῆς ἐνοικούσης αὐτῷ χάριτος καὶ δυνάμεως, ὥς ποθ' ὁ κατὰ Παλαιστίνην τὸ Ἰουδαίων φῦλον πρὶν εἰς ἡμᾶς τὴν ἐκεῖ χάριν κατὰ θεοκτονίας μεταπεσεῖν ἔκτισιν. ὃν πολλοὶ μὲν ὕμνησαν ἱδρύσεως καὶ μεγέθους καὶ κάλλους ἀραρότως καὶ ὁλοκλήρως ἔχοντα, πολλοὶ δ' ἐθρήνησαν οὕτως αἴσχους καὶ πτώσεως, ὡς νῦν ὁρᾶται, φεῦ, ἔχοντα. προλέγω δ' ὅτι καὶ πλείους ὑμνήσουσιν, ἡνίκα ἂν ὁ κόσμος αὐτῷ καὶ ἡ πρὶν ἀξία καὶ κατάστασις εὖ ποιοῦσ' ἐπανέλθῃ. ὃν χωρὶς τῶν ἄλλων πολλῶν καὶ μεγάλων, τῶν τε λελεγμένων καὶ παρειμένων, μόνον εἰς εὔκλειαν ἐξαρκεῖν ἡγούμενος τῇ τῶν πόλεων βασιλίδι οὐκ ἀπὸ οἶμαί γε τῆς προσηκούσης δοκιμασίας ἐκπέσοιμι. ἐνταῦθα φὺς καὶ τραφεὶς καὶ παιδευθεὶς ὁ τῷ ὄντι χρυσοῦς Ἰωάννης ἐς τοσοῦτον ἤλασεν ἀρετῆς. tantam urbem neque ferro neque armis neque hostium vi et impetu ob sui magnitudinem pulchritudinem caeterasque dotes oppugnari unquam posse existimabant. eam licet saepius et adversariorum machinis et civilibus seditionibus mire oppressam, et paucos ante annos militi Italo praedam datam, ut ita dicam, vidisset Iosephus Bryennius, qui sub Manuele vivebat, tamen aeternam illi felicitatem exterorum hominum vi nunquam interrumpendam divino praesagio, quod utinam ita fuisset nec experientia eum mentitum fuisse demonstrasset, oratiuncula in D. Virginem eucharistica praedicere sibi autumat, quam in opere nostro de perpetuo utriusque ecclesiae Occidentalis atque Orientalis consensione editam leges. ALL.

p. 5 not. v. 7 ab im. ἵνα τὴν ταύτης κάραν] haec tota periodus luxata est et distorta: sensus quidem commodus inde elici potest, sed verba corrupta sunt. cuius loci medicinam, ut et aliorum quamplurimorum in hoc libello, in aliud tempus differre et felicioribus ingeniis relinquere quam tricas nectere Tellenas consultius putamus. DOUSA.

ib. not. v. 3 ab im. καθ' Ὅμηρον] cum haererem ac dubitarem an hic locus in Homero extaret, opportune subvenit ὁ θαυμάσιος Daniel Heinsius, nostrum et Musarum decus incomparabile, monuitque Hesiodi esse, Ἔργων β, ipso fine:

φήμη δ' οὔτις πάμπαν ἀπόλλυται, ἥν τινα πολλοὶ
λαοὶ φημίζουσι. θεός νύ τις ἐστὶ καὶ αὐτή.

ad cuius exemplum Famam etiam deam vocavit Virgilius 4 Aeneidos:

haec passim dea foeda virum diffundit in ora. Dousa.

p. 6 v. 1. Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ] res gestas Alexii et Isaacii Angelorum fratrum, et quomodo Isaacium Alexius imperio pulerit obcaecaveritque, fuse prosequitur Choniata in Alexio et Isaacio, quem vide. All.

ib. v. 2. Ἀγγέλων καὶ ἀμφοῖν ὀνομαζομένων] hinc Ἀγγελώνυμοι κασίγνητοι, ἀδελφοὶ nuncupantur a Choniata lib. 3 in Alexio Comneno; et alibi saepius Ἀγγελωνυμία. All.

ib. v. 3. Ῥωμαίων] *Romanorum* appellatione accipit, quemadmodum et multi alii eius aevi scriptores, Cpolitanos Graecos. et *Romania* pro imperio Orientali in usu est, quia imperii caput Cpolis *Nova Roma* appellata est. Roma utique duplex statuitur in constitutionibus imperialibus, una vetus Italica, altera nova, id est Cpolis, quam veteris et antiquae Romae praerogativa laetari impp. voluerunt, lib. 6 C. de sacrosanct. Eccles. l. 40 C. de Episcop. et Cler. l. 4. de operib. public. l. ult. C. in quib. caus. pign. l. ult. C. de temporibus in integ. Zonaras aliique infiniti auctores cum νέαν Ῥώμην dicunt, Cpolim intelligunt. quod notum est. Dousa.

ib. v. 4. κατέβαλε μὲν] accidit id anno domini 1195. imperasse autem Isaacium Nicetas ait annos 9 menses 7. post quem Orientis 58 imperator factus Caesar Alexius 3 Angelus Pius Felix Augustus, qui imperavit annos 8 menses 3 dies 10. venit in Italiam Alexius (puer forte duodecim annorum) imp. Isaacii Angeli, caeci et captivi ac imperio deiecti filius, auxilii a Latinis sive Occidentalibus contra tyrannidem Alexii patrui petendi causa, anno 1201. Romanae sedis tum pontifex erat summusque antistes Innocentius III. de tota hac re inter alios videndus Nicetas et Vincentius Bellovacensis spec. histor. lib. 30 cap. 64. quo in loco Vincentius patrem pueri *Conrezas* prodigiose vocat, itemque cap. 90 et 91 *Thursath*, et cap. 101 *Thursac*. peccavit nempe ipse aut librarii eius propter imperitiam linguae Graecae vulgaris. scribendum *Kur Isac*, Κῦρ Ἰσαάκ. idem mendum est apud veterem chronographum regium, magistrum Rigordum Gothum, de Gestis Philippi Augusti Francorum regis, ad annum 1201, ubi legitur *Conzerac*. quin immo in ipsis epistolis Balduini imp. et H. comitis Sancti Pauli, apud Godefridum Colon. S. Pantaleonis monachum, ad annum 1201, ubi *Tirsachius* scriptum est. non minus imperite apud Antoninum archiepiscop. Florent. legitur volum. 3 tit. 19 cap. 2 § 1 *Chorean* pro κῦρ Ἄγγελος. truncata huiuscemodi vocabula multa posterioribus Graecis usitata. τὸ κῦρ pro κύρος aut κύριος, *dominus*, propriis

nominibus praeponi solitum, Martino Crusio in Turco-Graecia et Ioanni Meursio in Glossario Graeco-barbaro notatum. Anthos, qui liber est linguae vulgaris Graecae: *ἐβασίλευσεν εἰς αὐτὸ τότε ὁ κῦρ Κωνσταντῖνος ὁ Παλαιολόγος.* sic *κυρά* pro *κυρία*, *domina*, dicebant. atque hinc Iacobus Philippus Bergomas liberandus ab insigni hallucinatione, an mendo? lib. 12 Chronici, ubi de Montisferrati marchionatus primordiis circa annum 985 agit eiusque marchiones recenset, ait Emmanuelem Cpolitanum imp. Reinerio Montisferratensi uxorem dedisse filiam suam nomine *Curamariam*. atqui Nicetae lib. 6 scribitur Maria Emmanuelis F. collocata fuisse marchioni Montisferrati, imberbi adhuc adolescentulo, ipsa trigesimum aetatis annum iam egressa. ergo *Curamaria* haec est *Κυρὰ Μαρία*, *domina Maria*, unde ignobile et inauditum illud nomen detortum. et quod monstrosius, ex hac *Curamaria* alii *Cunariam* fabricarunt pudendo errore. sed huiuscemodi hallucinationibus plurimi neoterici vulgo implicantur, qui ad hoc exemplum castigandi sunt. sed haec obiter monuisse sufficiat. ad historiam quod attinet, legendi praeter Nicetam, Rigordum, Godefridum S. Pantaleonis monachum Colon. in annalibus ad annum 1203, quos dixi, ex recentioribus Blondus Flavius Decad. 2 lib. 6 et de Gestis Venetorum, M. Antonius Sabellicus Histor. Venet. lib. 8, Platina in vita Innocentii III, Paulus Aemilius Histor. Gal. lib. 6, et Petrus Iustinianus Venet. multa ibi de navigatione Latinorum sive Occidentalium cum Alexio puero Cpolim versus, de Alexii impii fuga, de urbis expugnatione et Murzufli tyranni de Tauri columna praecipitatione, de obitu impp. Isaacii et filii Alexii, de imp. Balduino Flandro; quae circa annum 1202 et 1204 peracta sunt. expugnatam autem urbem invenio, ea parte qua regia est et templum S. Sophiae, duabus navibus colligatis et ad murum admotis, *Paradiso* et *Peregrina* nominatis, apud Vincentium lib. 30 cap. 91, ex epistola (ut videtur) ipsius Balduini imp. extant quippe de hoc bello duae epistolae satis prolixae apud Arnoldum Lubecensem Chron. Sclavor. lib. 6 cap. 19 et 20. scribitur in una de prospera Cpolim navigatione, de imperatore superato, de imp. Isaacio custodia educto, de illustris filii eius Alexii in ecclesia S. Sophiae coronatione, de gratitudine eius erga Latinos, et alia. item in altera imp. Alexium perfidia Graecorum seductum, ne promissa faceret, a Murzuflo Duca necatum, et latera costasque eius clava ferrea confractas esse; nec multo post dominum Isaacium, a quo filius dicebatur fuisse seductus, diem clausisse extremum, Murzuflum occupasse tyrannidem. inde 5 eidus Apriles, sexta feria, Latinos navali praelio infeliciter cum Graecis dimicasse: sed pridie eidus, secunda feria post passionem domini, conscensis muris in urbem irruisse; imperatorem, qui non procul a muris steterit in tentoriis armatus, conspecto hoste sta-

tim fugisse; Latinos magna caede facta urbem invasisse. postridie Murzuflum iterum repugnantem victum esse; tum plenam victoriam Latinis obtigisse, et inaestimabilem praedam abactam equorum auri argenti gemmarum et pretiosarum vestium. *si inter singulos* (inquit) *victoriam partiamur, quilibet ex nostris non pauciores quam centum obsedit et vicit. nobis non victoriam usurpamus: a domino est factum istud; et est mirabile in oculis nostris.* addit a certis delectis die dominica *misericordias domini* imperatorem electum esse, sequentique dominica *iubilate deo* ingenti omnium applausu sublimatum. ibidem hoc titulo usus, *Balduinus dei gratia fidelissimus imperator Cpolitanus, a deo coronatus, Romaniae* (ita apud Arnoldum est legendum) *moderator et semper Augustus, Flandrensis et Hennegoviensis comes.* has epistolas legere volenti in mundo est Arnoldus Lubecensis abbas, continuator Helmoldi Sclavorum chronographi, ipso lib. 6 fine. prior inscripta est *excellentissimo Dn. Othoni, dei gratia Romanorum regi et semper Augusto,* posterior inscribitur *universis Christi fidelibus, archiepiscopis, episcopis et abbatibus, primoribus, praepositis, decanis, caeterisque ecclesiarum praelatis ecclesiasticisque personis, baronibus, militibus, sarziantis omnique populo Christiano.* atque eadem haec repraesentatur etiam in Annalibus Godofridi monachi, ceu missa Adolfo Coloniensi archiepiscopo. conferant quibus otium et lubido est, mutuaque opera eam restituant. legitur ibidem et alia epistola, quam Henricus (qui aliis Hugo) Sancti Pauli comes Henrico duci de Lovanio, id est Brabantiae, misit. quam vide; et plura si voles, adhibe Guntherum monachum coenobii Parisiensis in Alsatia, qui historiam hanc captae Cpoleos ex ore Martini abbatis sui, qui expugnationi et victoriae interfuit, fuse descripsit, editam nuper ex membranis ab Henrico Canisio Noviomago I. C. Antiquae lectionis tomo 5 part. 2. Dousa.

p. 6 v. 9. φυγήν τε μηχανησάμενος] Alexius obcaecati Isaacii filius ab Alexio patruo a custodia eductus, libertate et licentia utens, quidquid aliter narret Blondus Decad. 2 lib. 2, Alexium contra protostratorem exiturum ad Democraniam sequitur. is, nec abnuente patruo, cum Pisano quodam de fuga consilio inito, ubi navigandi opportunitatem captasset, ad Hellesponti Auloniam fertur, et Athyrae commorans per scapham navis ad navem grandem pervehitur. conatus in eo capiendo Alexii patrui frustra omnes fuere: nam ille coma in orbem rasa et Latina veste induta, et in turba magna obversans, inquisitores latuit. Choniata in Alexio Comneno lib. 3 p. 710 12. Alexii in custodiendo Isaacio fratre excaecato negligentiam non sine periculo notat. quid ergo nugatur Blondus Histor. decad. 2 libro 6? *frater erat Alexius, aetate minor, cum quo indulgentissime agebat, adeo ut nihil sibi ad summam administrationis praeter im-*

peratorium deesset nomen; eumque a Turcis sua temeritate captum imperator magna vi pecuniae impensa redemerat. qui pessimo vir ingenio piissimum indulgentissimumque fratrem dolo captum excaecatumque trusit in carcerem, eademque impietate Alexium nepotem, Isach genitum, annos duodecim agentem, nisi fuga elapsus fuisset, excaecare aut interficere quaesivit. perductus in Siciliam Alexius puer a sorore Irene recipitur et Philippo marito commendatur, ut patri suo pro virili opem ferat simul et imperio et oculis privato, et fratrem quoque iuvet exulem et extorrem. his ille praemunitus literis ad summum pontificem et regem Alemaniae Philippum progreditur, a quibus classium praefectis, qui ad Palaestinam contendebant, commendatur, ut eum, si fieri posset, in patrium imperium restituerent. et exceptus humanissime pepigit et sacramento firmavit ea se praebiturum quae vix ad exitum perduci poterant: nam praeter pecuniarum acervos auxilium contra Sarracenos cum Romanis militibus et quinquaginta triremibus promisit, et Latinorum religionem amplexus privilegiorum Romani pontificis eiusque in Orientali imperio auctoritatis restitutionem pollicetur, *promittens*, verba sunt Innocentii papae epistola ad Alexium imperatorem Cpolitanum, puer nempe Alexius, *quod tam in subsidium terrae sanctae quam in expensis et donativis eis magnifice responderet, paratus etiam in omnibus et per omnia nostris stare mandatis, eo quod sacrosanctam Romanam ecclesiam vellet iuxta posse suum modis omnibus honorare, ac ea efficere quae nostrae forent placita voluntati.* sic ille Cpolim conducitur. id cum rescisset Alexius patruus, ipse quoque legatos ad pontificem misit, qui proponerent Christianorum exercitum in subsidium terrae sanctae destinasse suas regiones invadere et contra Christianos arma movere; sui muneris esse ut eos a tali proposito revocaret, ne eorum manus Christianorum sanguine foedarentur et dei offensam incurrerent; ne Alexio filio Isaacii, qui contra imperium lapidem omnem movebat, opem praestaret, cum imperium illud non successione sed electione confortaretur, et Alexius, prius quam pater eius esset imperator, natus esset, nec poterat sibi in imperio ius aliquod vindicare. quid ad haec responderit summus pontifex, ex eiusdem literis ad eundem Alexium, quas perperam nonnulli ad Isaacium referunt, videri potest.

p. 6 v. 12. ἐπεὶ δὲ τῷ τότε] classis Veneta ab Erico Dandulo Venetiarum duce, hominum omnium Graecis infensissimo, deducta. Ubertus Folieta Genuens. Histor. lib. 4: *Michael Palaeologus sese navalibus opibus, quibus eo tempore omnino carebat, muniendum ratus adversus Venetos perpetuos Caesarum Graecorum hostes, quorumque in Graecis expellendis magna pars operae fuerat, quique complures urbes ac loca imperii tenebant, in opem Genuensem confugit.* expeditionis socii adium-

guntur Bonifacius marchio Montisferrati, Flandriae comes Balduinus, comes Sancti Pauli Ericus, comes Pleae Doloicus, et alii complures, tradit Choniata, audaces bellatores et statura suis hastis propemodum pares. navium toto triennio Venetiis fabricatarum, nec non equitum, et militum numerum habes apud eundem Choniatam, Andream Dandolum Hist. Venet. lib. 10 cap. 3 et alios. plura ducum nomina apud Iacobum Meyerum in Annal. Flandricis, anno 1203. All.

p. 6 v. 16. ἦν δὲ ὁ τούτους συναθροίσας] maligne admodum noster Acropolita causam Cpolitanae expeditionis in Romanum pontificem, ut in eum Graecorum odia excitet, coniicit; quam magis ingenue in Venetos et eorum ducem Dandulum, Graecis, ut diximus, infensissimos, alii referunt. Danduli machinas et artes, quibus classem illam instruxit, Choniata minutatim narrat. alienum pontificis Innocentii animum ab ea expeditione, quam summis conatibus procurabat marchio Montisferrati Bonifacius, satis nobis indicant eiusdem Innocentii ad Alexium literae et auctor illius actorum. *ipse vero*, marchio, *de Francia per Alemanniam transitum fecit, ubi cum Philippo duce Sueviae, qui se regem gerebat, dicebatur habuisse tractatum, ne Alexium sororium suum, filium videlicet Isaacii quondam Cpolitani imperatoris, cuius sororem ipse Philippus duxerat in uxorem, a foedo captivitatis ergastulo fugientem reduci faceret Cpolim ab exercitu Christiano ad obtinendum imperium Romaniae. de quo cum idem marchio ad summum pontificem accessisset, coepit agere a remotis. sed cum intellexisset ipsius animum ad hoc non esse directum, expeditis negotiis ad crucis officium pertinentibus ad propria remeavit.* vide de hac eadem re Annales doctissimos Oderici Raynaldi ad annum 1203, qui pluribus Romanum pontificem a Graecorum calumnia liberat. All.

ib. v. 20. ἐτύγχανον γὰρ ἁδραί] suntque in hanc maxime formam foedera constituta: *reductus in patriam Alexius, imperatorque aut solus aut cum patre, si superstes inveniretur, constitutus, Graecanicam ecclesiam et religionem Romanae ecclesiae aut catholico ritui subiiceret. pro damnis insuper, quae tam Venetis quam Francis ubique constitutis Hemanuel imperator pridem intulerat, triginta milia auri marchas dissolveret. principibus vero expeditionis navali impensae satisfaceret, in qua erant Venetis obligati.* Blondus Decad. 2 lib. 6 et Sabellicus Ennead. 9 lib. 6: *moverunt ducum animos pueri lacrimae et tenera aetas, cui facile favor conciliatur, sed magis praemia quae promittebantur: nam praeter caetera spes praetendebatur fore ut si Alexius cum patre imperium recuperasset, Cpolitana ecclesia Romanae subiiceretur.* All.

p. 7 v. 5. πνεύμασι φοροῖς] Choniata p. 717 15. All.

ib. v. 8. μάχαι κατὰ χέρσον] vide Choniatam ibidem. All.

p. 7 v. 11. *τὰ πάντα χαίρειν ἐάσας*] nam post pugnam detrectatam, et malo genio in fugam impellente, in palatium reversus cum Irene filia et decem auri centenariis, cum alio ornatu imperatorio ex pretiosis gemmis et perspicuis margaritis, sub primam noctis vigiliam Debeltum contendit. Choniata p. 723 24. ALL.

ib. v. 13. *Δαβὶδ φυγὼν*] Regum lib. 1 cap. 23 v. 13: *καὶ ἀπηγγέλη τῷ Σαοὺλ ὅτι διασέσωσται Δαβὶδ ἐκ Κεϊλά. nuntiatumque est Sauli quod fugisset David de Ceila et salvatus esset.* et lib. 2 cap. 15 v. 14. fugit ab facie Absalomis, omnesque suos, quos Hierosolymis habebat, ut fugiant hortatur; quo spectat inscriptio Psalm. 3. DOUSA.

ib. v. 14. *τὴν γυναῖκα*] de uxore ne verbum quidem Choniata; tantum advectae secum filiae meminit, quam tacuit noster Acropolita. unde vero hausit Blondus lib. 6 Decad. 2 Historiae? *ad eum tumultum in urbe concitum Alexius patricida territus, nocte concubia fugiens, ingentem thesaurum, quod postea rescitum est, apud Hirenem filiam virginem in monasterio defossum reliquit.* et Sabellicus Ennead. 9 lib. 5: *Venetis in muros accedentibus et in urbem irrupturis adversa vi Graeci resistunt. aegre urbs prima die est defensa. nocte, quae deinceps secuta est, Alexius imperator, desperatis rebus, uxore et liberis relictis, occulte fugam occupat, magno auri pondere apud Irenem filiam, unam ex sacris virginibus, humi defosso.* ALL.

p. 8 v. 2. *Ἰταλῶν ἀπαιτούντων*] postulabant enim auri centenarios quinquaginta statim numerandos, et adiiciebantur condiciones durissimae, tolerabiles tamen nec omnium difficillimae, quibus captivitatis periculum imminebat ac publicum exitium. ALL.

ib. v. 8. *τῶν ἱερῶν κειμηλίων*] consilium Isaacii secutus est Alexius filius, sacrosancta profanans et templa invadens, ut nec sacris imaginibus parceret, quarum ornatum abreptum imaginibus ipsis humi proiectis et sacra vasa ab iisdemmet templis rapta et conflata ut vulgare aurum et argentum hostibus dabat. gentilium ea fuit opinio, ad conservandam rem publicam templa deorum nonnunquam denudare licere. Seneca Controv. 4: *pro re publica plerumque templa nudantur, et in usum stipendii dona conflantur.* Nerva ut impendia contraheret, sacrificia non pauca sustulit. sed parum nobis quid gentiles senserint. Christiani Christianam, veram nempe doctrinam amplectimur, et denudationem templorum similem, si necessitas, quam leges praescribunt, defuerit, et auctoritas pontificis concedentis, detestamur. Graeci licet suis semper et in omnibus supparasitarentur imperatoribus, rapinam hanc summis etiam maledictis, non sine indignatione lacessere. Nicetas de Isaacio Angelo et Alexio filio p. 729 8. quocum conferre iuvabit quae Anna Comnena nar-

rat lib. 6: *οὐκ ἔλαθε δὲ τοῦτον — πρυτανεύεσθαι παρεκελεύσατο.* ALL.

p. 8 v. 14. *ὃν πρωτοβεστιάριον*] Choniata p. 745 7. ALL.

ib. v. 14. de *protovestiarii* dignitate vide Glossarium Meursii in *Βεστιάριον*. differebant autem dignitate et munere *protovestiarius* et *protovestiarites*, cuius infra auctor noster meminit. vide ibi. Blondus de Gestis Venetorum Alexium hunc non recte *protonotarium* facit. quod tamen amanuensis aut librarii mendum videri potest, cum Decad. 2 lib. 6 aliter sit, et *protovestiarium* diserte legamus. DOUSA.

ib. v. 16. Alexius cognominatus *Murtsuphlus* Graeco vocabulo ob coniuncta et veluti oculis imminentia supercilia. Nicetas in Isaacio Angelo et Alexio F: *μόνος δ' ἐκ πάντων ὁ Δούκας Ἀλέξιος, ὃς ἐκ τοῦ συνεσπᾶσθαι τὰς ὀφρῦς καὶ οἷον τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐπικρέμασθαι πρὸς τῶν συνεφήβων ἐπωνόμαστο Μούρτζουφλος.* forte *Μούρτυφλος.* varie autem hoc nomen apud historicos vulgo concipitur. in epistola Balduini imp. apud Godefridum Monachum *Morchuflus*, apud Vincentium Bellovacensem *Morculphus* et *Marculphus*, et sic in chronico Altissiodorensi. Blondo de Gestis Venetorum est *Murtilus*, eidemque Decad. 2 lib. 6 *Murtilus, velut aliqui habent scriptores, Morchulfus*, Paulo Aemilio *Myrtius vel Murzuphlus*, Gunthero Monacho in Historia Cpolitana *Murtiphlo*, cum interpretamento *id est flos cordis.* DOUSA.

ib. v. 20. *βούλευμα ἐπαίνου ἄξιον*] cum pro his in apographo ipso in contextu legeretur *ἀτόπημα*, quod nos in versione sequuti sumus, additumque in margine esset *βούλευμα ἐπαίνου ἄξιον*, quod videtur Graeculi cuiusdam sive hominis otiosi commentum, id ipsum perperam in contextum ab operis receptum est. quod monitum volui, lector, nescius ne esses. DOUSA.

p. 9 v. 8. *ἑάλω*] ne tantopere decantatam Byzantii oppugnationem expugnationem et excidium non sine taedio concinamus, vide auctores qui de ea scripsere, inter alios Nicetam, qui fuse et non sine lacrymis oculatus ipse testis prosequitur. Dorotheus Monembasiensis in synopsi Historiarum: *καὶ τότε ἔστειλεν ὁ βασιλεὺς ἤτοι ὁ ῥῆγας τῆς Φράντζας γράμματα νὰ πᾶσιν εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν, καὶ νὰ ἀφήσουν τὸ ταξίδη τῶν Ἱεροσολύμων. καὶ ἔτζη ἐπῆγαν εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν καὶ εὔγαλαν τὰ φουσάτα τῆς στερεᾶς, καὶ τὰ κάτεργα τῶν Βενετίκων τοῦ πελάγου ἀπέξω ἀπὸ τὰ τοιχεῖα. καὶ ἔδωκαν μέγαν πόλεμον καὶ φοβερόν, καὶ μὲ ταῖς λουμπάρδαις ἔκαμαν χαλαστρίαις τὰ κάτεργα, καὶ ἐμπῆκαν οἱ Βενέτικοι εἰς τὴν πόλιν πρῶτα ἀπὸ τοὺς ἄλλους. καὶ τότε ἐμπῆκαν τὰ φουσάτα τὰ ἄλλα, καὶ ἔβαλαν παντιέρες ἤτοι φλάμπουρα εἰς τὰ τοιχεῖα, καί με μεγάλαις χαραῖς ἔπαιξαν ταῖς τρουμπέταις καὶ τὰ ἄλλα παιγνίδια. καὶ ὡς ἐκυρίευσαν οἱ Φράγκοι τὴν πόλιν, ἐγύρευσαν τὸν βασιλέα καὶ δὲν τὸν ηὗραν.* nullae hic

ad oppugnandam Cpolim summi pontificis literae. totum hoc negotium regis Franciae fuit. quomodo vero Veneti primi ante alios ingressi Byzantium dicuntur? cum res civium apud summum patrem gereretur vitaque eorum in dubio esset, pactionibus saepe confusis, Venetiarum dux Ericus Dandulus cum imperatore de pace acturus triremi iuxta Cosmedium appellit. eodem et imperator equo advehitur. dum de pace et condicionibus disputatur, Latinorum equestres copiae ex superiore loco subito erumpentes laxis habenis imperatorem petunt, ut vix equo converso periculum effugerit et comitum eius aliqui caperentur. exinde maximae hostiles naves, in quibus paratae erant scalae caeteraque instrumenta ad oppugnandum necessaria, recta ad moenia accedunt et occupant. ex Choniata. All.

p. 9 v. 9. *ἔτους μὲν ὄντος*] Acropolita noster facit annum 6711: namque decimo mensis Maii in urbem appulere, continuarunt obsidionem menses undecim, quare 11 mensis Aprilis urbem ingressi sunt. nam si 58 annos eam tenuere Latini, et anno 6769 recuperarunt Graeci, si demas occupatae numerum, qui remanent erunt anni 6711. Choniata in die mensis concinit, in anno non item, tanquam qui anno uno auctior sit: ait enim eam captam anno 6712. ex quibus corrigendus est idem Choniata in Balduino: *δεκὰς μὲν οὖν ἐπὶ δυάδι τοῦ Ἀπριλλίου μηνὸς ἐνειστήκει, τῆς ἑβδόμης ἰνδικτιῶνος τοῦ ἑξακισχιλιοστοῦ ἑπτακοσιοστοῦ* (legitur *ὀκτακοσιοστοῦ*) *δωδεκάτου ἔτους, καὶ ἡ βασιλὶς πόλις πρὸς Λατίνων κεχείρωται.* et alio quoque loco *πέμπτην ἄγοντος καὶ εἰκοστὴν τοῦ Μαρτίου μηνὸς τῆς τότε τρεχούσης ὀγδόης ἰνδικτιῶνος τοῦ ἑξακισχιλιοστοῦ ἑπτακοσιοστοῦ* (legitur *ὀκτακοσιοστοῦ*) *τρίτου καὶ δεκάτου ἔτους.* All.

ib. v. 13. *ἀπὸ κλίμακος*] Choniata p. 721 21 et 753 14. All.

ib. v. 14. *ὅσα μὲν οὖν*] malorum infortuniorum ac caedium, quibus in clade illa Cpolitana ac Orientalis imperii humanum genus, sed Graecorum potissimum afflictum est, post dei omnia disponentis providentiam et in peccata hominum nunquam non sontium saevientis humanitatem, causam Graeci Latinis, quorum saepius alias furorem et immanitatem experti fuerant, attribuunt, Latini Graecorum perfidiae et apostolici culminis odio. Latinisne an Graecis fides in hoc negotio habenda est? Latini dicent sibi: nam Graeci eloquentia omnia invertunt, homines fallaces et leves et ad nimiam assentationem eruditi, profitentes quemadmodum causa inferior dicendo fieri superior posset, otiosi, loquaces, contentionis cupidiores quam veritatis; quibus, ut finiam, iusiurandum iocus est et testimonium ludus. Graeci sibi fidem praestandam esse contendunt. quae ipsi de Latinis dicunt, ut fidem elevent, non hic congeram. Graecis de Latinis loquentibus fidem nullam esse asseverabunt Latini: contra Graeci nul-

Iam Latinis de Graecis. sic par pari redditur. res itaque haec in obscuro latebit, nec quisquam veritatem inveniet? minime vero. recurrendum est ad communem iudicem, qui momentis rationum ab utrisque auditis sine partium amore aut odio pronuntiat. is fuerit summus pontifex Innocentius, qui in re gravissima rationibus ponderatis, addito etiam spectatissimorum hominum consilio ad marchionem Montisferati datis literis ita deliberavit: *vos nullam in Graecos iurisdictionem aut potestatem habentes a puritate voti vestri timere declinasse videmini, dum non contra Sarracenos arma movistis, non intendentes ad recuperandam Hierusalem sed Cpolim occupandam, terrenas opes caelestibus divitiis praeferendo. illud quoque longe gravius reputatur, quod quidam nec religioni nec aetati nec sexui pepercerunt, sed fornicationes adulteria et incestus in oculis omnium exercentes non solum maritatas et viduas, sed etiam matronas virgines deoque dicatas exposuerunt spurcitiis gartionum. nec imperiales suffecit divitias exhaurire ac diripere spolia maiorum pariter et minorum, nisi ad ecclesiarum thesauros, et quod gravius est, ad ipsarum possessiones extendistis manus vestras, tabulas argenteas de altaribus rapientes, et violatis sacrariis cruces icones et reliquias asportantes, ut Graecorum ecclesia quantumcunque persecutionibus affligatur, ad obedientiam apostolicae sedis redire contemnat, quae in Latinis non nisi perditionis exempla et opera tenebrarum aspexit, ut iam merito illos abhorreat plusquam canes. tu vero contra iurisdictionem et potestatem indebitam, vel potius usurpatam, apostolicae sedis legati consilium allegasti, tanquam ex eo vobis licuerit cum praefato adolescente ad instituendum sibi Cpolitanum imperium proficisci* etc. ista vel similia ad alios eorum scribens summus pontifex repetit: *ecce quod cum moerore referimus et rubore, unde videbamur hactenus profecisse, deficimus, et angustamur, unde credebamus potissimum dilatari: quomodo enim Graecorum ecclesia quantumcunque persecutionibus affligitur, ad unitatem ecclesiasticam et devotionem sedis apostolicae revertetur, quae in Latinis nonnisi perditionis exemplum et opera tenebrarum aspexit, ut iam merito illos abhorreat plusquam canes? illi etenim qui non quae sua sunt, sed quae Iesu Christi quaerere credebantur, gladios quos exerere debebant in paganos, Christianorum sanguine cruentantes, nec religioni nec aetati nec sexui pepercerunt, incestus adulteria et fornicationes in oculis omnium exercentes, et tam matronas quam virgines etiam deo dicatas exponentes spurcitiis gartionum. nec suffecit eisdem imperiales divitias exhaurire ac diripere spolia principum et maiorum, nisi ad thesauros ecclesiarum, et quod gravius est, ad ipsarum possessiones extenderent manus suas, tabellas argenteas etiam de altaribus rapientes et inter se confringentes in frusta, violantes sacraria et cruces et reliquias asportantes* etc. cum autem tabularum ar-

gentearum mentionem fecerit Innocentius, non erit abs re, quod de tabula sive ara templi sanctae Sophiae comminiscitur Dorotheus Monembasiensis, ad posterorum memoriam recensere. inter etiam alia sacra ac pretiosa donaria a Venetis aliisque erepta rem quoque commemorat hoc modo: *καὶ οὐ μόνον ταῦτα ἐπῆραν, ἀμὴ καὶ τὴν ὑπερθαύμαστον καὶ ἐξάκουστον ἁγίαν τράπεζαν τῆς αὐτῆς ἁγίας Σοφίας, τὴν πολύτιμον καὶ ὡραιοτάτην εὔγαλαν ἀπὸ τὸν ναόν, καὶ τὴν ἔβαλαν εἰς τὸ καράβη. καὶ καθὼς ἔκαμναν ἄρμενα καὶ ἐπήγεναν εἰς τὴν Βενετίαν, ὦ τοῦ θαύματος, πλησίον τῆς νήσου τοῦ μαρμαρᾶ ἄνοιξε τὸ καράβη, καὶ ἐπῆγεν εἰς τὴν θάλασσαν ἡ ἁγία τράπεζα, καὶ ἐβούλησεν, καὶ εἶναι ἐκεῖ ἕως τὴν σήμερον. καὶ τοῦτο εἶναι φανερόν, καὶ τὸ μαρτυροῦν οἱ πάντες, διό τις ὅλο τὸ μέρος ἐκεῖνο, ὅταν κάμνη φουρτοῦνα, ἡ θάλασσα ὅλη κάμνη νύκτα φοβεράν, εἰς δὲ τὸν τόπον, ὁποῦ εἶναι ἡ ἁγία αὐτὴ τράπεζα, εἶναι γαλήνην, καὶ δὲν ταράσσεται ἡ θάλασσα, καὶ ὑπηγένουν τινὲς ἐκεῖ μὲ περάματα, καὶ λαμβάνουν ἀπὸ τὴν θάλασσαν ἐκείνην, ὁποῦ εἶναι ἡ ἁγία τράπεζα, καὶ μυρίζει θαυμασιώτατα, μυρωδία ἀπὸ τὸ ἅγιον μύρον ὁποῦ ἔχει, καὶ τῶν ἄλλων χρωμάτων.* sed de hoc fides sit penes auctorem. ALL.

p. 9 v. 18. *τἄλλα πάντα ὁπόσα μαχαίρας ἔργον*] unde ergo habuit sua Blondus? *sed dante ingenium necessitate, cives convocatos in solemnem pompam sacerdotes secuti sunt inermes, et crucibus iconisque ad fidem comparandam praemissis, tenentes murum armatos, veniam supplices oraverunt, qua facillime impetrata, portis undique patentibus, Latini nominis multitudo undique est ingressa. quiete urbi data proceres in consilio decreverunt* etc. ALL.

ib. not. v. ult. *οἱ ἅγιοι τρεῖς παῖδες*] Hebraeos pueros intelligit iussu regis Nabuchodonosor in ardentem fornacem immissos,

quos olim Babylonicum per ignem
cantantes stupuit tremens tyrannus,

ut cum Prudentio loquar Peristephan. Hymn. 10. *illi* (Ambrosio referente lib. 10 cap. 82) *ardentem ignem innoxio videre tactu circa membra sua pasci.* et de iisdem D. Hieronymus in epistola ad Innocent. de muliere septies icta: *huc huc mihi trium exempla puerorum, qui inter frigidos flammarum globos hymnos edidere pro fletibus; circa quorum saraballa* (i. braccas et crurales) *sanctamque caesariem innoxium lusit incendium.* Nazianzenus Homil. in Cyprian. lib. 4 epist. 6 et de duplici martyrio, Sedul. lib. 1. omnium gravissime Christianus noster Horatius Apotheosi, v. 197:

fare age quem videat Babylonis ab arce tyrannus,
innocuas in flammas procul inspatiantem,
calcantem rapidos inadustis fratribus ignes etc.

extat historia haec trium puerorum in fornace Babylonica apud

Danielem cap. 3. caeterum illa in vulgata editione *et ambulabant in medio flammae laudantes deum et benedicentes domino,* cum Azariae oratione quae sequitur, fidei et humilitatis plena, usque ad finem cantici puerorum, in Hebraeis voluminibus non haberi testis est D. Hieronymus, qui ea de Graeca Theodotionis editione transtulit. notat idem ad Azariae illam orationem, *benedictus es domine deus patrum nostrorum, et laudabile et gloriosum nomen tuum in saecula, quia iustus es in omnibus quae induxisti super nos et super civitatem sanctam patrum nostrorum Ierusalem; quia in veritate et in iudicio induxisti omnia haec propter peccata nostra,* notat, inquam, in commentario, *quando diversis premimur angustiis, ex toto cordis hoc loquamur affectu; et quidquid nobis acciderit, iuste nos sustinere fateamur, ut compleatur in nobis illud quod scriptum est:* exultaverunt et laetatae sunt filiae Iudae in omnibus iudiciis tuis, domine. *Psalm.* 96. hoc pie agit hic, si quid video, Georgius noster Logotheta. Dousa.

p. 10 v. 5. *ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς*] Debeltum fugisse tradit Choniata. All.

ib. v. 8. *Ἀλέξιος δὲ ὁ Δούκας*] *Πολυομίλητος ἐκ πρώτης τριχός, καὶ ῥυηφενὴς εἰς κοίτας δεικνύμενος, καὶ δύο κουριδίους ἀλόχους παρὰ δίκην ἀποπεμψάμενος*, Choniata. All.

ib. v. 9. cum Nicolaum Canebum adolescentem seditiose Byzantii inaugurassent et Isaacius animam ageret, Alexius Bonifacium marchionem accersit, quibus visum est Latinas cohortes in palatium admittendas, quibus Canebus submoveretur. id cum nuntiassent Ducae Murtzuphlo, cum multis suis cognatis, et spadone fisco praefecto sibi conciliato, defectionem, quam iam animo fovebat, exclusit: namque intempesta nocte Alexium puerum adit, aitque cognatos eius, bipenniferos barbaros, pluresque alios in foribus esse ad eum ob initam cum Latinis familiaritatem et amicitiam obtruncandum. sic puerum territum complexus per portam plerisque ignotam in tentorium, quod in palatio habebat, quasi liberaturus perducit, et compedibus iniectis in teterrimum carcerem coniicit, et sibi insignia imperii sumit, nec non ab aliis imperator de more consalutatur; nec multo post a satellitibus suis Canabum captum custodiae tradit. Alexio deinceps puero bis venenum propinavit, quod cum ille tum aetatis robore tum antidotis, quibus utebatur, vicisset, eum laqueo tandem praefocat, mense imperii sexto, die octavo. Blondus de gestis Venetorum: *et puerum Alexium, quem datum bis venenum non occiderat, eliso gutture manu propria necavit.* Sabellius Ennead. 9 libro quinto: Murtzuphlus *est itaque, quod maxime optabat, consecutus, ut pars una multitudinis eum praefectum urbis, altera belli ducem, tertia imperatorem declararit. ipse ab ea declaratione confestim satellitum propinquorumque caterva stipatus sese*

ex publico proripuit in Alexii domum, ac puerum, quem antea veneno petitum necare non potuit, eliso gutture propria necavit manu, homo tam perfidus quam ingratus; peperitque summum Isaacii beneficium, summam ingratitudinem. hic, ut videtur, Sabellius Alexios confundit. namque Alexius Murtzuphlus Alexium Isaacii filium neci tradidit. beneficia tamen Isaacii collata Alexio non Murtzuphlo fuere, sed Alexio fratri, quod et ipse Sabellius supra videret, de Alexio puero Isaacii filio sermonem habens: *qui Isaachium patrem, cuius beneficio magno auri pondere fuisset olim a Turcis redemptus, atque ita humane tractatus ut quamvis multo minor natu esset, vixerit tamen semper cum eo imperante ex aequo, subita vi oppressum privasset luminibus, privatum artissime vinxisset, vinctum in foedum ac tetrum carcerem coniecisset.* addit Balduinus epist. ad Innocentium: *nocte igitur insequenti dominum suum latenter laqueo suffocat in carcere, cum quo ipso die prandium sumpserat Iudae, et clava ferrea, quam tenebat in manu, latera morientis et costas inaudita crudelitate confringit, casuque vitam, quam laqueo extorserat, confingit ereptam, ac imperiali sepultura concessa propalatum omnibus scelus funeris honore dissimulat.* scias quoque, lector, praeter historici fidem a nonnullis notari Guntherum appellare Murciphlum tyrannum, cuius consilio Alexii pater antea obcaecatus et in carcerem coniectus fuerat, cum eo temporis Murtzuphli nulla esset apud imperatorem auctoritas, et praecipui illius facinoris auctores censeantur Theodorus Brana, Georgius Palaeologus, Ioannes Petraliphas, Constantinus Raulus et Michael Cantacuzenus. ALL.

p. 10 v. 13. τρεῖς γὰρ] Choniata p. 673 17. Ge. Phranza lib. 1 cap. 1 praeter historiae fidem duas Alexium Comnenum imperatorem filias generasse scribit, *quarum natu grandiorem Irenem vocabulo purpurea induere sandalia iussit, quod illam, et cui desponderetur, successores et haeredes post obitum suum fore constituisset* etc. exscripsit ex Gregora lib. 4. Volaterannus lib. 23 non minora turbat ab aliis scriptoribus dissentiens: *Alexius Murtzuphlus cognomento, ut est auctor Acropolita, filiam Annam Theodoro Lascari locavit; fugatusque deinde, uti diximus, a Gallis una cum coniuge Euphrosyna et genero fuit.* Acropolites, quem ipse laudat, non ait Alexii Murtzuphli filiam Annam Theodoro Lascari locatam, sed Alexii imperatoris Isaacii fratris filiam: nam agens de filiabus huius Alexii, *ἡ δὲ δευτέρα*, scribit, *ἐκαλεῖτο Ἄννα, εἰς ἣν Θεόδωρον τὸν Λάσκαριν ἐπεγάμβρευσεν.* nullusque est inter scriptores Graecos qui in hoc ab Acropolita dissentiat. quis porro aequo animo ferret, dummodo in rebus Graecis omnino ieiunus non sit, Euphrosynam uxorem eiusdem Alexii Angeli, Isaacii fratris, uxorem dici Murtzuphli, cuius Eudocia Alexii Angeli memoratur? ALL.

p. 10 v. 14. *despotae* nomine, quod in hoc libello saepius occurrit, in aula Cpolitana vocabantur filii fratres generi imperatoris, sebastocrator, Caesar et patriarchae. sed κατὰ ἐξοχὴν ita dictus fuit imperii successor, filiorum natu maximus. nonnunquam et aliis principibus amicitiae aut affinitatis ergo deferebant. quae omnia accuratissime Meursius observavit in Glossario. Dousa.

ib. v. 18. κράλης *rex.* idem quod Polonorum lingua *Crol.* τὸν κράλην Σερβίας Nicephorus Gregoras non semel nominat. et ὁ κράλης Οὐγγρίας in sancito quodam patriarchae anonymi apud Leunclavium in iure Graeco-Romano. κράλαινα *regina* Gregorae lib. 7 et κραλίτζα in Chronico Cpolitano ms apud Meursium. Nicetas in Alexio Comneno lib. 3 tertiam eius filiam nomine Eudociam, ipso adhuc Andronicum fugiente et Palaestina apud Ismaelitas oberrante, ab Isaacio patruo (non patre, uti Logotheta) Stephano filio Neemani Triballorum principi desponsam scribit. *Triballi* igitur et *Servii* iidem. *Serbi* Plinio sunt gentes circa Maeotim. iidem cum *Sorabis* Ortelio videntur. *Serbi* Cedreno sunt circa Dalmatiam, quos dicit quoque *Scythas* vocari. *Serviam* Dardanos habitasse scribit Volaterranus et Cuspinianus. *Dardania* Ptolomaeo Orosio et aliis Europae regio, quae *Mysia mediterranea* vocatur in codice. Illyriae pars est Aeliano in Variis et Nicolao apud Stobaeum. Σερβία habet Sophianus. *Triballi* Moesiae inferioris populi sunt Plinio Ptolemaeo et Straboni, qui eos dicit ad insulam Danubii Peucen pertingere. hos et *Scythas* quidam vocant. *Servii* dicuntur a Niceta; sed *Bulgares* a Laonico Chalcondyla Sophiano Lazio et aliis. de *Serviis* adi Pandectas Turcicas Leunclavii cap. 37. Dousa.

ib. v. 18. ἐπί τινι δὲ πάθει] rem prosequitur accuratius Niceta lib. 3 de Alexio Comneno, tertiam filiam Eudociam, cum adhuc Andronicum fugeret et apud Ismailitas et in Palaestina aberraret Alexius, Isaacium fratrem Stephano Neomanis filio, Triballorum principi despondisse, qui post exiguum tempus in Papyrio monte monachus fit; filium illius eodem nomine Stephanum, paterni principatus domina Eudocia declarata, eam sibi iunxisse ex eaque filios suscepisse; postmodum divulso querimoniis amore, cum alter alteri incestuosos amores obiiceret cresceretque in dies dissidium, Stephanum, sive conficto sive vere obiecto adulterii crimine, Eudociam sola tenui interula, eaque undique praecisa, ut vix pudendas partes tegeret, ignominiose, quo libitum esset abire concessisse; fratrem Stephani Volscum eius inhumanitate obiurgata orasse ut deposita iracundia, et generis Eudociae habita ratione, clementius ageret et famae suae consuleret, sed cum ingenium illius implacabile movere non posset, ipsam Eudociam, ut dignitas eius postulabat, Dyrrhachium perducendam curasse, patrem Alexium certiorem redditum, filiam lectica aliisque ornamentis muliebribus missis, in aedem suam

recepisse. haec Byzantium reversa post captam urbem Alexio Murtzuphlo, qui duas uxores praeter fas omne repudiarat, ut eam sibi adiungeret, nupserat; sed Murtzuphlo demum luminibus orbato, Larissae in Thessalia Leoni Sguro in matrimonium a patre Alexio datur. nota Triballorum principem dici a Choniata, quem noster Acropolita cralem Serviae nuncupat. All.

p. 10 v. 22. *ἀπέδρα καὶ οὗτος ἐκεῖθεν*] Choniata praeter Eudociam filiam imperatoris secum conductam, Euphrosynam quoque Alexii Angeli uxorem lembo impositam secum duxisse narrat in Murtzuphlo, cum duos menses et dies sexdecim imperasset. Sabellius Ennead. 9 lib. 5: *Alexius ubi urbem una ex parte captam videt, cum uxore ac pellicibus magnaque vi auri intempesta nocte Byzantium reliquit.* All.

p. 11 v. 5. *ἐντὸς οὖν τοῦ λουτῆρος*] Choniata causam se nescire ingenue fatetur. All.

ib. v. 16. *Ἀλέξιον εἰς τὴν Κωνσταντίνου ἀπήγαγον*] namque non multo post excaecationem a Latinis Ducas comprehensus Byzantium reducitur, et in iudicium adductus pro sui defensione afferebat se patriae proditorem occidisse et poenis commeritis afflixisse; neque se unum id fecisse, sed reliquos illius cognatos. verumtamen Latini, repudiatis omnibus, capitis hominem condemnant novo et inusitato supplicii genere: nam in altissimam columnam, quae in Tauro est, perductum praecipitant. is aliquamdiu in pedes descendens, deinde in caput subversus et humi allisus miserabiliter interiit. sic Choniata a nostro non dissidens. paulo aliter narrat Dorotheus Monembasiensis: *οἱ δὲ Φράγγοι ἔταξαν μεγάλα χαρίσματα, ὅποιος τὸν παραδώσει τὸν βασιλέα, καὶ μετὰ χαρίσματα τὰ πολλὰ τὸν προύδωκαν τῶν Φραγγῶν· καὶ αὐτοί, ὡς ηὗραν τὸν βασιλέα, ἐχώρηκαν πολλά, καὶ ἐδιελογίζουνταν τί θάνατον νὰ τὸν δώσουν, καὶ ἔτζη ἦσανε τοῦ Λέοντος τοῦ σοφοῦ οἱ χρησμοί, εἰς τὴν κολώναν τὴν γλυπτήν, ὁποῦ εἶχε πολλὰς προφητείας περὶ τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων, καὶ κατὰ τὸν χρησμὸν ἐκρέμασαν αὐτὸν εἰς τὴν κολώναν, καὶ καθὼς ἔκαμεν αὐτὸς Ἀλεξίου τοῦ βασιλέως, ἔτζη καὶ χειρότερα ἔπαθεν.* et qui ab eo exscripsit Matthaeus Cigala in synopsi historiae. hunc imperasse Nicetas ait menses duos et dies sexdecim, ut verosimile est, Monembasiensis et Cigala annos duos et dies viginti: *καὶ ἐβασίλευσε χρόνους δύο ἡμέρας εἴκοσι.* nescio tamen undenam hauserint hi nebulones. All.

ib. v. 19. de Tauri columna, qua regione urbis fuerit, vide P. Gyllium de topographia Cpoleos lib. 3 cap. 6. Dousa.

ib. v. 21. *εἰς Θεσσαλονίκην ἀφίκετο*] ex qua postea marchione ad Halmyrum fortunae suae respondentem locum habitatum missus est. Choniata: *ὁ δὲ δὴ φυγὰς βασιλεὺς εἰς ὄψιν τῷ Μαρκεσίῳ ἐλθών, ἄρτου μετρητοῦ καὶ κοτύλης κεράσματος, τὰ τῆς βασιλείας ἀνταλλάττεται σύμβολα, καὶ εἰς χῶρον τῇ τύχῃ φερώνυ-*

μον, Ἅλμυρος ὁ χῶρος κικλήσκεται, τὰς διατριβὰς τελέσων ἐκπέμπεται διὰ Εὐφροσύνῃ τῇ ὁμευνέτιδι. quod antea de Isaacio illius fratre dixerat iussu Alexii: βίον ἀγρότην ἀντλοῦντα, οἴνῳ τε καὶ σίτῳ μετρητῷ, ὡς τὸν τυχόντα ἰδιώτην διαζῶντα. addit Gregoras lib. 1 eumdem, dum in Thracia vagaretur, a Montisferrati marchione captum, et opibus quas secum ferebat spoliatum, nudumque dimissum, longo tempore circa Achaiam et Peloponnesum oberrasse: tandem Balduino a Bulgaris capto ab eodem marchione una cum coniuge ad Alemaniae principem mittitur: καὶ τὸν δυσπραγῆ ἐν βασιλεῦσιν Ἀλέξιον, καὶ τὴν τούτου σύνευνον Εὐφροσύνην διαποντίους τῷ τῶν Ἀλαμανῶν ἐξέπεμψεν ἄρχοντι. φεῦ, φεῦ τοῦ καινοῦ τοῦδε καὶ ἀνηκούστου παρὰ Ῥωμαίοις ἀκούσματος, εἰπεῖν δὲ καὶ ἀθεάτου εἰς δεῦρο θεάματος. vide quae sequuntur de Alexio cap. 8. Villarduinus ait una cum coniuge a marchione missum fuisse captivum ad Monferratum; in qua re narranda non omnes conveniunt. ALL.

p. 12 v. 1. ἄδειαν δεδώκασι] non statim initio captivitatis urbis, sed post captum Balduinum, si Nicetae credimus p. 834 13. ALL.

ib. v. 6. ὁ λόγος] cap. 5. ALL.

ib. v. 16. τὰ πέριξ Προύσης] paruere nempe tum temporis Theodoro Prusaei, Nicaeenses, Lydi, Philomolpi, Smyrnaei, Ephesii et interiecta oppida; qui etiam longis navibus fabricatis plerasque insulas postea subegit. Gregoras pag. 13 14. ALL.

ib. v. 19. τὸν Περσάρχην] Iconii nempe Chaichosroem, cum quo pacem fecit, et socero illius Manueli Maurozomae partem imperii concessit, Chonas scilicet Nicetae historici patriam, et quae in Phrygia est Laodiceam, et alia loca quae fluvius Maeander amfractu suo amplectitur, donec in mare immergatur. ALL.

p. 13 v. 5. πατριάρχης] patriarchae summa erat in ecclesia Orientali dignitas, ut in Occidentali pontificis Romani. vide Gl. Meursianum, nunquam sine laude nominandum, in πατριάρχης. Iohannes vero hic Camaterus patriarcha Cp. ex diacono et chartulario factus est Alexio imperio, praefuitque ad captam usque a Latinis urbem, annis 5 mensibus 8 diebus 7. post urbem captam Didymotichum (opidulum Thraciae, in promontorio, ad Hebrum fluvium, qui illud ambit, situm, *Dimotuc* vulgo) secessit; ubi cum supervixisset annos 2 menses 2 dies 14, diem suum obiit. videatur Catalogus sive Notitia patriarcharum Cpolitanorum apud Leunclavium Iuris Graeco-Romani lib. 4, et Nicetas in Balduino Flandro. DOUSA.

ib. v. 5. Καματηρὸς Ἰωάννης] hunc ante excisam Cpolim sua sponte urbe egressum Didymotoechum petiisse praeter Acropolitam alii quoque narrant. quid ergo nugatur Ephraemius Byzantinus, qui eum a Latinis tradit eiectum?

— τούτου Ξιφιλίνου,
θανόντος, ἐγκαθίσταται θρόνῳ
ὁ Καματηρὸς εὐεπῆς Ἰωάννης,
ἵδρις σοφίας παντοδαπῆς καὶ λόγων,
ἐπήβολός τε δογμάτων τῶν ἐνθέων,
ἐκκλησίας ὢν λευΐτης χαρτοφύλαξ.
ἐφ' οὗ παρεστήσαντο Λατῖνοι πόλιν,
ὃς ἐξελαθεὶς δυστυχῶς πρὸς Λατίνων
θρόνου πατρίδος τῆς ἐμῆς Βυζαντίδος
οἰκεῖ Διδυμότοιχον εἰς ἄστυ φθάσας,
ἔνθα θανὼν ἔλιπεν ἡλίου φάος.

de illius morte Niceta p. 837 2. All.

p. 13 v. 10. *Μιχαὴλ ὁ Αὐτωριανός.*] Onufrius Panvinius Historiarum pater in Chronico Ecclesiastico, ad annum 1206: *Michael IV Autorianus a Graecis in schismate post obitum Iohannis Camateri, contra Thomam Maurocenum Venetum* (a Latinis electum) 99 *Cpolitanus patriarcha creatus, sedit in Asia annos quinque menses sex.* scribendum tamen in Logotheta Meursio nostro videtur ψ. δ. π. M. ὁ Σαυριανός. ecce, inquit, in Notitia patriarcharum: ἐπεὶ ὁ πατριάρχης οὗτος (loquitur de Iohanne Camatero, et ei Michaelem Saurianum statim subiicit) ἐν Διδυμοτείχῳ ἐτελεύτησεν, ἐχήρευεν ὁ θρόνος χρόνον ἕνα μῆνας δέκα, εἶτα ἐγένετο πατριάρχης ὁ μέγας σακελλάριος, κῦρος Μιχαὴλ ὁ Σαυριανός, ἐν τῇ ἀνατολῇ προβληθεὶς παρὰ τοῦ βασιλέως κυροῦ Θεοδώρου τοῦ Λασκάρη, καὶ ἐκάθισεν εἰς Νίκαιαν. qui locus cum hoc Logothetae debet conferri. Dousa.

ib. v. 10. de hoc Michaele, quemadmodum et de aliis Nicaenis patriarchis ad recuperatam a Graecis Cpolim, egimus in opere nostro de perpetua consensione utriusque ecclesiae tum Occidentalis tum Orientalis, lib. 2. All.

ib. v. 12. ὅς καὶ τὸν δεσπότην] unde itaque habuit sua Monembasiensis? ὁμοφώνησαν ὅλοι μίαν βουλήν, καὶ ἐψήφισαν βασιλέα Θεόδωρον τὸν Λάσκαριν τὸν γέροντα, καὶ ἔτζη εὐτρέπισαν τὸν βασιλικὸν θρόνον, ὅπου τὸν ἐπῆραν ἀπὸ τὴν πόλιν, καὶ ὅλα τὰ βασιλικὰ φορέματα καὶ τὴν κορώναν, καὶ παλλάτιον βασιλικὸν ἔκαμαν, καὶ εὐτρέπισαν αὐτό. καὶ ἔτζη ἐπῆραν αὐτὸν τὸν ὑποψήφιον βασιλέα, καὶ ἐπῆγαν ἐν τῇ μητροπόλει Φιλαδελφίας, ὅτι ἔκαμαν τὸν θρόνον τοῦ βασιλέως, καὶ ἐκεῖ ἐκαθέζετον. καὶ ἐφόρειε δὲ τὴν βασιλικὴν κορῶναν καὶ τὰ βασιλικὰ φορέματα, καὶ ἐστέφθη ὑπ' αὐτὸν τὸν μητροπολίτην τῆς Φιλαδελφίας βασιλέας. All.

ib. v. 13. ὁ *Λάσκαρις*] Niceta p. 828 1. All.

ib. v. 15. οἵτε γὰρ Ἰταλοὶ] progressus Latinorum in Oriente adversus Graecos et in illis partibus propagatum imperium tum ab Erico Balduini fratre tum a Petro Plancio fuse prosequitur Nicetas in Balduino, ex quo tibi pete, si lubet. All.

ib. v. 17. ψικίου καὶ Αἰγαίου.] sic diserte codex ms.

lege *'Οψικίου*, quemadmodum noster postea. vel certe *ψίκιον* truncate dixerunt pro *'Οψίκιον*, ut *μοῦλτον* pro *tumultu*, et multa talia, quae passim in Glossario observavit doctissimus Meursius. *θέματος τοῦ 'Οψικίου* meminit etiam Zonaras Annal. tom. 3 in Constantino Copronymo: *provinciae Obsicii* vertit Hieronymus Wolfius. at *θέμα* (quod erudite, ut omnia, docet Meursius) primitus pro legione accipiebatur, quae provinciae alicui imposita. hinc Glossarium vetus H. Stephani: *legio τάξις, θέμα.* postea ipsae provinciae translato nomine ita appellari coeperunt; quod multis exemplis probat clarissimus Glossographus. quod autem *θέμα 'Οψικίον*, et quo mundi climate fuerit, disces ex Constantino Porphyrogenneta Them. Orient. 4; quem aureolum libellum debemus V. C. Bonaventurae Vulcanio, ut eiusdem auctoris Occidentalia themata Frederico Morellio, regio apud Gallos interpreti. Dousa.

p. 13 v. 18. haec *Βοάρις* cum nuspiam terrarum mihi occurreret, corruptum esse vocabulum iudicavi et emendandum *Βάριστε*; ad quam emendationem mihi Nicetas facem praeluxit in Manuele Comneno lib. 2: *πόλις κατὰ τὴν τῶν Αἰγαιοπελαγιτῶν χώραν τειχίζεται, Βάρη καὶ Αὐλωνία παρωνύμως ἐς ἔτι ὠνομασμένη.* *Baris* ergo ad Aegaeum Pelagus urbs, quae et *Aulonia*, circa Hellespontum alicubi. Dousa.

p. 14 v. 5. *Θεόδωρος*] Theodorus cognomento Mangaphas, patria Philadelphiensis, aetate Isaacii Angeli Comneni regnum affectans, primum eius urbis plebem audacissimam sibi conciliat et iureiurando adstringit, Lydisque omnibus ad defectionem impulsis regium nomen usurpavit et argenteam monetam cum imagine sua percussit. derisa initio defectio fuit. cum postmodum augesceret, nihil cunctandum ratus Isaacius hominem Philadelphiae obsidet. cum diuturna obsidione urbem ad deditionem compellere non posset, paciscitur iis condicionibus ut Theodorus depositis regni insignibus, privatim agat civesque ei pareant ut prius, et obsidibus acceptis Byzantium revertitur. non multo post Basilius Batatzes plurimos Mangaphae coniuratos largitionibus corrupit, effecitque ut urbe pelleretur; qui ad Chaicosroem Iconii Sultanum profugus auxilia contra Romanos non impetravit, obtinuit tamen ut Turci liberi, qui arcu et pharetra freti Romanos praedabantur, ascriscerentur. sic non parvis copiis contractis Phryges Laodicenses nec non Colossenses innumeris cladibus affecit, mancipiis civium suorum et iumentis abductis, areis aestivo tempore incensis, et obviis quibusque hostilem in modum tractatis. Michaelis quoque archistrategi templum, opus maximum et celeberrimum, incendi passus est. postmodum ad Sultanum rediit: sed imperator largitionibus impetravit ut ille desertus a Sultano ac proditus ad se mitteretur, ea tamen condicione ut defectionem nec capite nec mutilatione laesioneque ullius

membri lueret. qua de causa ad diuturnum carcerem est damnatus. cum displicuisset Sultani fratribus, qui regnum cum eo diviserant, quod hominem profugum et supplicem pecuniae causa Romanorum imperatori prodidisset, iracundiam eorum placuit. namque aiebat pacificationis ergo illum remisisse, non prodidisse; et hominem vagum in patriam restituisse, ut nec ipse alios nec ipsum alii prosequerentur. hic Errico circa Adramytium agenti arma infert, et inexpectato superventu et multitudine primum quidem terrorem incutit, sed Errico, cum Martis alea tentanda videretur, ante alios et per mediam hostium aciem cum suis perrumpente dissipatur: nam Graeci equites ad primam Latinorum impressionem et hastarum directionem concitatis equis fugientes, pedestres ordines hostibus trucidandos reliquerunt et spoliandos. ex Niceta. ALL.

p. 14 v. 8. Παφλαγονίας δὲ πάσης] David siquidem et Alexius fratres, Manuele Andronici tyranni Romanorum filio nati, alter Ponti Heracleam et Paphlagoniam occupaverat, alter Alexius Oenaeum et Sinopem urbes et Trapezuntem. sed quomodo expeditionem Lascaris in Davidem Latinorum auxiliis fultum susceperit eumque debellaverit, disces a Niceta in Balduino. ALL.

p. 15 v. 2. τοῦ μὲν ἐκ Φλάντρας] capta Cpoli, cum designationem imperatoris suffragiis esse committendam decretum esset, ex Francis et Longobardis quinque, alii sex dicunt, ex Venetis totidem lectis iudicibus, plurium suffragiis sors imperii Balduino Flandriae comiti obtigit, quod plerique putant Danduli fraude et solertia factum esse, qui cum ob caecitatem excluderetur, imperium penes eum esse voluit qui hilarioribus esset moribus et ingenio minus ambitioso: sed quod potissimum fuit, ut privatus imperatoris designati principatus quam remotissimus esset e Venetorum dicione, ne si qua controversia cum illo incidisset, plures copias subito ex suo territorio arcessere aut Venetos fines commode invadere aut incursionibus vexare posset, quae omnia in expedito esse Bonifacio Marchioni ex Longobardia notat. his Dandulus Bonifacium Marchionem repulit, Balduinum praetulit, cuius ditionis limites tantum a Venetis distare noverat, quantum Venetiae a Graecorum provinciis disterminarentur. pactiones inter eos initas Innocentius non omnes laudavit, quasdam etiam reprobavit. vide quoque Gregoram lib. 1. hinc, lector, agnosces quam insulse recentiores et infimi nominis scriptores, Dorotheus Monembasiensis et Matthaeus Cigala, Venetis, inter quos synopses suas historiarum pessime concinnarunt et ediderunt, supparasitentur, qui scribunt Venetos imperium Cpolitanum tenuisse, λαβόντες τὴν βασιλείαν οἱ Βενέτικοι τῆς Κωνσταντινουπόλεως, et quod insulsius est, per annos quinquaginta sex vel, ut tradunt, sexaginta et menses octo, additis etiam diebus tredecim,

gubernavisse: *ὥρισαν δὲ τὴν Κωνσταντινούπολιν οἱ Βενέτικοι χρόνους νς', ἄλλοι λέγουν ξ', μῆνας η' καὶ ἡμέρας ιγ', καὶ ὡς ἂν εἶχαν τὴν Κωνσταντινούπολιν οἱ Βενέτικοι.* All.

p. 15 v. 5. *τὰ ἐξ ὅλου πρὸς τὸ ὅλον*] auctor vitae Innocentii: *totum quidem havere, quod in civitate inventum fuerit, a quolibet duci debet et poni in commune eo loco quo fuerit ordinatum; de quo tamen havere nobis et hominibus Venetis tres partes debent solvi, pro illo havere quod Alexius quondam imperator vobis et nobis solvere tenebatur. quartam vero partem nobis retinere debemus, donec fuerimus in ipsa solutione coaequales. si autem aliquid residuum fuerit, debemus per medietatem inter vos et nos dividere, donec fueritis apacati. si vero minus fuerit, ita quod non possit sufficere ad memoratum debitum persolvendum, undecunque fuerit prius havere acquisitum, ex eo debemus dictum ordinem observare, salvis tamen victualibus, quae debent observari et dividi tam vestris quam nostris aequaliter, ita quod utraque pars possit inde congrue sustentari. quod autem residuum fuerit, partiri debet in alio havere iuxta ordinem praenominatum. vos etiam et homines Veneti libere et absolute absque omni controversia per totum imperium habere debetis omnes honorificentias et possessiones, quas quondam consuevistis habere tam in spiritualibus quam in temporalibus, et omnes rationes sive consuetudines, quae sunt in scripto et sine scripto.* ex pactis et conventionibus de praeda dividenda. All.

ib. v. 8. *Θεσσαλονίκης*] de Thessalonica Ioannes Tzetzes Chil. 10 v. 175, Historia 316. Ioannes Stauracius de miraculis S. Demetrii: *Θεσσαλονίκη πόλις δὲ αὕτη περιφανὴς καὶ λαμπρά, καὶ Μακεδόνων μὲν κορυφή, Θετταλίας δὲ πάσης ὑπεριδρυμένη καὶ ὑπερέχουσα, οἷς τε παντοδαπαῖς ὀλβίζεται χάρισι καὶ οἷς εἴδεσι καλῶν ἁπάντων ἐναγλαΐζεται.* eandem in oculis curioso aspectu ponit Ioannes Caminiata, non infimi temporis scriptor, de excidio Thessalonicensi c. 4—6. All.

ib. v. 9. *τὴν δηλωθεῖσαν Μαρίαν*] Choniata in Balduino p. 792 2. All.

ib. v. 13. *ἣν καὶ ἐς Κόρινθον*] Alexius enim a septentrionalibus littoribus, ad quos fuerat a marchione transmissus, avulsus in Thessalica Tempe pervenerat, ac filiam Eudociam Sguro in matrimonium collocarat. Nicetas in Balduino.

ib. v. 14. Sgurus Nauplio ortus vi magis quam voluntate popularium principatum tenuit a patre susceptum, non sine sanguine imperans. turbulentis temporibus Argos dolo, Corinthum latrocinio cepit, et Athenas cum navibus et exercitu per Isthmum traducto adoritur. illius conatus leni oratione Athenarum praesul Michael Choniata reprimere tentat, sed frustra. tandem suorum saluti fortiter consulens militari prudentia grassatorem arcet. Sgurus iram suam in eam urbem extimulat cuius arcem expu-

gnare non potuit; quare villas incendit, greges armentaque rapit. et post dies aliquot soluta obsidione Thebas oppugnat et capit; et Thermopylis superatis, per Oetam montem descendens, Larissae cum Alexio imperatore coniungitur. cum postea marchio in Graeciam transitum tentaret, ipse Thermopylarum angustias et imminentem eis montem, aliaque loca quae Graeciae aditum intercludunt, custodiebat. sed Graecorum ignavia in illis a marchione superatus locum cedere cogitur; et aliis etiam cladibus fractus cum Argos et finitima oppida occupata esse cerneret a marchione, in Acrocorintho veluti in antro et in spelunca se abdit, in arduo monte sito ac fere inexpugnabili, vir inhumanus ac efferus, cladibus urbium, hominum caedibus et populorum direptionibus summopere gaudens, qui nec patriae suae Nauplio pepercit, et Nicolaum Corinthiorum archiepiscopum, cum quo reconciliatus fuerat, inter epulas effossis oculis primum, postea de rupe praecipitavit.

p. 15 v. 20. *ἦν γὰρ οὗτος τότε μέρους τινὸς τῆς παλαιᾶς*] Blondus de gestis Venetorum ridicule satis *pariter Goffredus de Villa Gallicus, qui in Achaiae principatu Dominico de la Dosa successerat.* et *Michael Comenos Graecus nobilis cum Peloponeso, nunc Morea dicta, per fraudem Venetae reipublicae obedientiamque spoponderunt.* All.

p. 16 v. 6. *σουλτάνου*] quid id nomen est? Cinnamus p. 14 10. All.

ib. *Ἰαθατίνην*] Gregoras lib. 1 p. 17 8. All.

p. 17 v. 3. *πρεσβεία πρὸς τοῦ σουλτάν*] Gregoras ex Acropolita sua habuit p. 17 15. All.

ib. v. 6. *ἐταράχθη*] Gregoras p. 17 21. All.

ib. v. 14. *θαρσαλέως γοῦν*] Gregoras p. 18 10. All.

ib. v. 19. *Μαιάνδρου*] Anna Comnena Alexiados lib. 14: *ποταμὸς δὲ ὁ Μαίανδρος περὶ Φρυγίαν, σκολιώτατος ποταμῶν ἁπάντων, καὶ καμπὰς συνεχεῖς ποιούμενος.*

p. 18 v. 9. *ἦν δὲ ἅπαν*] Gregoras p. 18 15. All.

ib. v. 12. *ἐγγύς που γοῦν γενόμενος*] namque die tertio superat montis Olympi angustias, quae in maximam porrectae longitudinem Bithyniam et Phrygiam utramque disterminant, illa versus septentrionem declinante, his versus Meridiem et austrum sitis; quo die undecimo cum pervenisset, Caystrum traiicit, tam longum iter tam brevi dierum intervallo emensus. All.

ib. v. 15. *Δύσπιστον ἐκείνῳ*] Gregoras p. 18 24. All.

ib. v. 16. *ὁ σουλτὰν*] Gregoras p. 19 12. All.

ib. v. 18. *ἐμπίπτουσι γοῦν*] Gregoras p. 19 24. rarum fortitudinis, rarum virtutis bellicae exemplum! o animos aeternitate dignos, quam sibi ipsi sua morte peperere! o corpora cedro digna! o plagas illas stellis ipsis illustriores! *ὦ τῆς φύσεως περισσότεροι!* mori potuerunt, vinci aut pedem referre non potuerunt. All.

p. 19 v. 2. Gregoras p. 20 13. All.

ib. v. 15. *καὶ οἱ αἰφνηδὸν*] Gregoras tamen p. 21 2 ait caput sultani amputasse Theodorum, idque hasta in altum elatum barbaris exercitibus ostendisse. All.

ib. v. 19. *τοῦτο τοῖς Ῥωμαίοις*] Gregoras p. 21 4. All.

ib. v. 22. *προσελάβετο δὲ*] Gregoras p. 21 15. All.

p. 20 v. 2. *Εὐφροσύνη*] erat virili animo mulier, ab ipsa natura dicendi suavitate et lepore ornata, ad praesentia optime administranda et ad futura providenda solertissima, aliis rebus teterrima pestis: praeter enim exquisitum ornatum et luxum regium, et in mutando recepto statu et rebus novandis, quibus maritum superabat, ingenio impudicitiae probro atque infamia maritum dehonestabat. haec itaque limites transiliens et superiorum Augustarum instituta contemnens imperium in duos principatus divisit: neque enim imperator quidquid erat libitum mandabat, sed illa etiam pari auctoritate quae visa erant peragebat, imo aliquando pro sua libidine illius iussis intercedebat. in legationibus audiendis duo pretiosa solia coniungebantur, et illa marito cum magno splendore ac pileo gemmis et perspicuis margaritis ornato assidebat, et torques pretiosissimos de collo suspendebat. aliquando etiam in aliis palatiis seiuncti per vices adorabantur, subditis ab imperatore ad illam salutandam transeuntibus et genua submissius flectentibus. nonulli etiam imperatoris consanguinei, qui summos magistratus gerebant, imperatricis splendidas et altas lecticas tanquam mancipia subibant. ex Choniata in Alexio Comneno lib. 1. All.

ib. v. 5. *τοῦ τῆς Παφλαγονίας*] vide supra c. 7. All.

ib. v. 11. *Ἰσαακίου τοῦ Κωνσταντίνου*] hic, defuncta uxore, Belae Ungariae regis filiam nondum annos decem natam per legatos ambit. sumptus nuptiarum, ne fisci pecunia in simili celebritate minueretur, ab urbibus et provinciis affatim exigit: sed Anchialo finitimas praesertim afflixit et Haemi montis accolas, *οἳ Μυσοὶ πρότερον ὠνομάζοντο, νυνὶ δὲ Βλάχοι κικλήσκονται*, ait Choniata. hi prius etiam Romanis infensi, per causam abacti pecoris et alias vexationes aperte deficiunt. auctores defectionis fuere Petrus et Alanus fratres. ne tamen sine causa res novas moliri viderentur, apud Cupressos imperatorem adeunt, rogantque ut legionibus Romanis aversarentur, et praedium exigui reditus in Haemo monte sibi assignaretur. re non impetrata, ut contempti, defectionem domum reversi minantur, et potissimum Asanus homo audacior, qui eo ipso tempore ob impudentiam Ioannis sebastocratoris iussu colaphis impingitur. contumelius etiam irretiti homines isti nefarii gravissimum in Romanos incendium suscitarunt. Bulgari rei difficultate perterriti ab eo conatu abhorrebant. hinc fratres, ut popularibus metum adimerent, sub Demetrii martyris nomine templum aedificant, in quo

multos coegerunt qui daemoniacos exquisite exprimerent, et furore acti proloquerentur libertatem Bulgaris deum concedere, Christi martyrem Demetrium neglecta Thessalonica et Romanorum consuetudine ad ipsos pervenisse, adiuturum ad opus. tum ac si maiori spiritu inflarentur exagitarenturque, maioribus vocibus clamitarent iam armis Romanos invadendos, captos omnes ad unum inclementer occidendos, pace et pretio repudiatis. his tota gens concitata ad arma cucurrit, et ex initio defectionis, quae auspicata fuerunt, animis magnis constabiliuntur, deum libertati suae favere. ALL.

p. 20 v. 18. *τὸ δὲ Βουλγάρων φῦλον*] Gregoras lib 2 p. 26 17. ALL.

ib. v. 20. *ἀνδραποδισμῶν τε καὶ ἁλώσεων*] quae mala Bulgari in Graecos et eorum regiones intulerint variis excursionibus, aliis atque aliis ducibus, et vastitatem provinciarum, fuse narrant omnes Graecorum historiae, donec a Basilio Bulgaroctono tandem fusi ac debellati sunt, unde illi nomen Bulgaroctono fuit. ALL.

ib. v. 22. de Basilio Bulgaroctono praeter nostrum Acropolitam agit Gregoras libro secundo, Zonaras, Cedrenus, Ioannes Tzetzes in Chiliad. reliqui fere omnes historici Graeci. de eius cadavere et sepultura Georgius Pachymeres lib. 1 p. 124 13. porro Basilium in eodem templo sepultum tradit Cedrenus: *ταφῆναι δὲ παρεκάλεσε τὸν ἑαυτοῦ ἀδελφόν, ὃν καὶ διάδοχον κατέλιπε τῆς ἀρχῆς, ἐν τῷ κατὰ τὸ Ἕβδομον ναῷ τοῦ εὐαγγελίστου καὶ θεολόγου. ὃ δὴ γέγονεν.* ALL.

p. 21 v. 3. *Ἀσὰν*] defectionem Bulgarorum, expeditionem in eos Isaacii imperatoris admodum infelicem, et damna illata Romanis fuse prosequitur Choniata. ALL.

p. 22 v. 3. *πυραμὶς* erat pileus acuminatus instar pyramidis, Orientalium principum gestamen; cuius postea iterum Georgius meminit: *καὶ τὰ μὲν ἐρυθρὰ πέδιλα ἀπεβάλλετο, καὶ τὴν περιμάργαρον πυραμίδα, ἃ βασιλικὰ σύμβολα.* hoc, adhibito in consilium viro consultissimo ac Byzantinarum rerum peritissimo I. Meursio, didici ex duobus illis auctoris nostri locis. idemque docetur in Glossario Graeco-barbaro iteratae editionis, iisdem firmatum exemplis. quibus tertium adde ex Niceta in Andronico Comneno lib. 2: *τρέπεται πρὸς φυγήν, καὶ τὸ φοινικοβαφὲς πέδιλον τοῦ ποδὸς ἀφελιξάμενος, καὶ τὸ ἀρχαῖον αὐτῷ περιφύλαγμα τὸν σταυρὸν ὁ θεοβλαβὴς ἀποτραχηλισάμενος ἐκεῖ που, καὶ πῖλον βαρβαρικὸν τῇ κεφαλῇ περιθέμενος, ὃς ἐς ὀξὺ λήγων πυραμίδι εἴκασται, τὴν βασιλικὴν εἴσεισιν αὖθις τριήρη.* vocat barbaricum pileum acuminatum et fastigiatum in metam instar pyramidis. non absimile genus pilei, aut idem forte, videtur fuisse *τοῦφα*, cuius meminit in Basilio Porphyrogenito Zonaras Annal. tom. 3 quem triumphantem incessisse vult ornatum recta tiara aut tupha,

τιάρα ταινιωθεὶς ὀρθία, ἣν τοῦφαν καλεῖ ὁ δημώδης. subdit: *a typho nimirum et superbia quam in animis gestantium excitat.* quae originatio utcunque nonnemini placitura sit fortassis, mihi certe displicet. apage, apage nugas nugacissimas. sed et *tufae* inter signa muta militaria, qualia sunt aquilae dracones vexilla flamulae etc., de quibus Vegetius lib. 3 C. V in emendata V. C. Petri Scriverii editione. Henricus Huntindoniensis Hist. Anglor. lib. 2: *ubique ante regem* (Edwinum) *vexilla gestabantur; nec non per plateas illud genus vexilli quod Romani* tuffam *vocant, Angli* tuf *appellant, ante eum ubilibet ferri solebat.* idem habetur in Venerabilis Bedae Hist. lib. 2 c. 16, unde manifesto desumpsisse videtur Huntindoniensis iste Henricus. Dousa.

p. 22 v. 5. τὸν βασιλικὸν σταυρόν] intelligit (quod etiam a Meursio habeo) crucem sphaerae terrestri impositam, quam sinistra manu imperator gestabat. qua re id nimirum innuebat imperator, fidei in Christum crucifixum beneficio orbis terrarum imperium se potitum esse. primusque ita in Augusteone effingi se Iustinianus curavit post aedificatum augustissimum S. Sophiae templum; et ab illo mox reliqui imperatores. refert Codinus in originibus Cpolitanis et Suidas v. Ἰουστινιανός. haec Meursii nostri coniectura est, cuius Mantisam vide ad librum de Luxu Romanorum cap. 8. de globo imperatorio Isidorus Originum lib. 17, qui eius usum atque originem ad Augustum refert his verbis: *pilam in signa constituisse fertur Augustus propter nationes sibi in cuncto orbe subiectas, ut magis* (legendum puto *imagine*) *figuram orbis ostenderet.* huic pilae Constantinus Magnus imp. crucem addidit, teste Nicephoro lib. 7 cap. 49 et aliis. videndus amplissimus Caesar Baronius, ecclesiasticorum annalium scriptor nobilis, anno 325. quo optimus imperator significare voluit orbem a Christo crucis virtute triumphatum esse. exemplum Constantini globum cruciferum manu tenentis sequuti sunt reliqui imperatores. vide passim nummos. sed imperatores non modo in globo imperatorio ferebant crucem, sed et solam absque globo. quod varia auctorum loca, statuae et nummi probant. et Graeci, quando cum hostibus confligendum erat, signum crucis secum in aciem efferre et hostibus invictissimi propugnaculi vicem obiicere solebant. etiam Bulgarorum regi prodeunti in hostem crucem praelatam Cedrenus auctor est. Conradus a Liechtenau abbas Uspergensis in Chron. anno 1101: *referebat mihi venerabilis abbas Gerardus, qui tunc crucem dominicam semper lateri regis contiguus praeferebat.* sed loquitur hic de Christianorum bello adversus Mahometanos. Guilielmus Tyrius lib. 21 cap. 21 et 22 et lib. 22 cap. 26 docebit principes proprium quendam habuisse sacerdotem, qui in expeditionibus ex officio crucis signum ferret, quem ille *vivificae crucis baiulum* appellat. ist est *primarius sacerdos Palatii* Cedreno in Constantino Leonis F. et hoc signum

crucis pretiosius, maioreque cultu honore ac reverentia suspiciebatur et religiosius observabatur, si inclusas haberet primae crucis particulas. nam S. crucis lignum per partes (ut ait D. Cyrillus Hierosolymitanus episcopus Catech. 4, 10 et 13) de monte Calvariae sparsum est ac totum terrarum orbem replevit. eiuscemodi cruces non paucae passim occurrent antiquorum monumenta evolventi. tale hoc fuisse mihi persuadeo quod auctor noster τὸν βασιλικὸν σταυρὸν appellat, salvo tamen cuiusvis iudicio. vide Iacobum Gretserum S. I. theologum, qui hoc omne crucis negotium exactissime atque uberrime tribus tomis persequitur. quibus lectis opinioni meae subscribere ac calculum adiicere lectorem candidum nulla erit invidia. DOUSA.

p. 22 v. 11. ζώνης αὐτῆς] ad zonam virginis deiparae quod attinet, eius quoque καταθέσια Graeci celebrabant prid. kal. Septembres. Menologium clare in mense Augusto: εἰς τὴν λα' τὰ καταθέσια τῆς τιμίας ζώνης τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου. et in Novella Manuelis Comneni de feriis: καὶ ἡ λα' τοῦ Αὐγούστου διὰ τὴν τῆς τιμίας ζώνης τῆς ἀχράντου θεοτόκου κατάθεσιν· suggessit amicissimus mihi Meursius Menologium Graecorum ex bibliotheca et interpretatione Guilielmi Sirleti cardinalis, Aug. die 31: *commemoratio pretiosae zonae sanctissimae dei parentis Mariae, repositae in venerabili eius aede, cum zona ipsa relata est, ab episcopatu Zelae sub Iustiniano imp. et factum miraculum per impositionem pretiosae zonae super reginam Zoem, coniugem Leonis imp.* DOUSA.

ib. v. 16. αὐτοῦ δὲ τῶν Ῥωμαϊκῶν] namque Graecorum imperium non minora infortunia sub Alexio sustinuit quam antea sub Isaacio sustinuerat, quae narrat Choniata in Alexio. ALL.

ib. v. 18. quae sit *Protostratoris* dignitas, quod munus, unde melius liquidiusque constare possit, nullum luculentiorem auctorem quam amicum nostrum Iohannem Meursium tibi nominare possum. videatur eius Glossarium, an thesaurum dicam? in πρωτοστράτωρ. DOUSA.

p. 23 v. 1. τὸν δὲ Πέτρον] Petrus praeterea auream corollam capiti imposuit et pedibus coccineos calceos induxit, ut imperialibus insignibus popularibus suis spectabilior ac dignior appareret. ALL.

ib. v. 3. Περισθλάβα] Anna Comnena Alexiad. lib. 7: πόλις δὲ αὕτη περιφανὴς περὶ τὸν Ἴστρον διακειμένη, ποτὲ μὲν οὔτ' ὄνομα τοῦτο ἔχουσα βαρβαρικόν, ἀλλ' Ἑλληνίζουσα ἀπὸ τῆς προσηγορίας μεγάλη πόλις καὶ οὖσα καὶ λεγομένη. ἀφ' οὗ δὲ Μόκρος ὁ τῶν Βουλγάρων βασιλεὺς καὶ οἱ ἐξ ἐκείνου γενόμενοι, καὶ προσέτι Σαμουὴλ ὁ τελευταῖος τῆς Βουλγαρικῆς δυναστείας, καθάπερ Σεδεκίας τῶν Ἰουδαίων, τῆς ἑσπέρας κατέδραμον, σύνθετον ἐκτήσατο τὴν προσηγορίαν ἀπό τε τῆς Ἑλληνικῆς σημασίας, μεγάλη

ἐπονομαζομένη καὶ τὴν ἀπὸ τῶν Σθλαβογενῶν ἐπισυρομένη τάξιν μεγάλη Περισθλάβα πανταχόθεν τούτοις φημιζομένη. All.

p. 23 v. 8. non *Ibanus* sed *Ibancus*, *Ἰβαγκός*, apud Nicetam semper, et quodam loco *Ἰβαγκὸς ὄνομα τῷδε, σημαίνει δὲ ἡ λέξις τὸν Ἰωάννην*. rectius arbitror *Ibanus* sive *Ivanus*, id est *Ivan*, *Iwan*, *Iohan*. Dousa.

ib. *τοῦ πρωτεξαδέλφου*] Ibancus (sic Ioannes a Blachis dicitur) natura et moribus Asano similis et intima familiaritate coniunctus clam cum uxore Asani sorore consuescebat. id ubi comperisset Asanus, principio uxorem accusare et propter facinoris dissimulationem capitis damnare. sed verbis uxoris deterritus iram a muliere in Ibancum transfert, eumque statim intempesta nocte ad se accersit. Ibancus accessum differt, Asanus sollicitat. tandem causa cur vocaretur Ibancus cognita, gladio sub veste occultato accinctus ingreditur. Asanus nihil moderati in eum cogitans, ad primum eius aspectum efferatus, ensem quaerit. Ibancus facinus occupat et ense in inguine infixo Asanum occidit. inde elapsus statim ad conscios se confert, et caede indicata cum eis consilium defectionis init. All.

ib. v. 9. *ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ*] Petrus post necem Asani non multum summa rerum potitus est; qui nec morte naturali, sed miserabiliter a quodam populari confossus vitam finit; et principatus Bulgarorum ad Ioannem tertium fratrem transit. ita Choniata. Acropolita tamen hic noster aliter. Ioannes non parvo tempore apud Romanos obses fuerat, cum imperator Isaacius secundum Mysis arma retulisset: sed fuga elapsus domum redierat. Gregoras: *ὁ γάρ τοι τοῦ πρώτου Ἀσὰν ἀδελφὸς καὶ διάδοχος Ἰωάννης*. All.

ib. v. 12. *πολλῶν τε τοῖς Ῥωμαίοις αἴτιοι*] Asano et Petro fratribus spoliandis infestandisque Graecis immanior; cuius res gestas videre est in Choniata. All.

ib. v. 15. *τῆς Μακεδονίας*] quomodo Itali Macedoniam et Graeciam reliquam sibi subegerint, narrat Choniata in Balduino. All.

ib. v. 17. *τὴν πόλιν Ἀδριανοῦ*] Adrianopolis obsidionem et Ioannis machinas prolixius narrat Choniata in Balduino. de hac urbe auctor vitae Athanasii patriarchae Cpolitani: *οὗτος ὁ μέγας τὴν ἀρετὴν καὶ σχεδὸν παντὶ τῷ κόσμῳ διαβόητος Ἀθανάσιος πατρίδα μὲν ἔσχε τὸν Ὀδρυσὸν πόλιν ἀρχαίαν τε καὶ ἐπιφανῆ, οὐ μόνον παντοίοις βρίθουσαν τοῖς ἔξωθεν ἀγαθοῖς, ἀλλὰ καὶ πάσαις ἀρεταῖς κομῶσαν καὶ πάσης ἀγαθῆς παιδείας ὑπερέχουσαν ἐργαστήριον, ἐξ Ὀρέστου μὲν τοῦ πρώτως αὐτὴν ἀνεγείραντος κληθεῖσαν Ὀρεστιάδα, ἐξ Αἰλίου δὲ τοῦ Ἀδριανοῦ τοῦ πολλοῖς ὕστερον χρόνοις πλατύναντος καὶ κοσμήσαντος καλουμένην Ἀδριανούπολιν, ἥτις ὅσοις περιρρεῖται παντοίοις πάντοθεν ἀγαθοῖς καὶ ποταμοῖς πρὸς τούτοις ἀένναα ῥέουσιν, ἔξεστι τῷ βουλομένῳ κα-*

ταμαθεῖν ἐκεῖ δὴ καὶ φοιτήσαντι. de eadem Ioannes Tzetzes Chiliad. 8 versu 951. All.

p. 23 v. 19. τὴν Φιλιππούπολιν] Choniata in Balduino Flandro p. 829 1. All.

ib. v. 20. in hoc ἀνδραποδισμῷ τῶν Ῥωμαίων et miserabili direptione urbis Philippopolis (quae ab Alexandri Magni patre nomen accepit et incunabula) antiqui scriptores cum Logotheta consentiunt. inter caeteros testis αὐτόπτης Godefridus Ville-Harduinus, mareschallus Campaniae, V. N: ait enim Iohannem Asanum pulso Reinerio (an Renato) de Utrecht, qui eius urbis principatum a Balduino imperatore acceperat, ipsam hanc urbem contra fidem datam funditus evertisse, inque incolas plusquam barbarica rabie saeviisse, interemptis crudeliter archiepiscopo proceribusque, ac caeteris in servitutem abductis. Dousa.

p. 24 v. 13. κουφότερον] Choniata p. 812 20. All.

ib. v. 16. Βαλδουῖνον] Choniata p. 814 3. sic vinculis oneratus longo tempore Ternobi fuit. cum autem Aspietas ad Latinos defecisset, Ioannes vir astutus et dolore in dies ingravescente pene in rabiem actus, Balduino educto e carcere pedes a genibus et manus a brachiis securi amputari, deinde ipsum in vallem praecipitari iubet; ubi tertio demum die esca volucrum miserabiliter expiravit. hinc patet quantum fallantur ii qui Balduinum fatali morte decessisse aut in bello interfectum tradunt. et quantum garrit Dorotheus Monembasiensis, qui eum in Oriente post tredecim annos cum pugnaret adversus Theodorum Lascarim defunctum scribit: καὶ ἐσύναξαν φούσατα πολλά, καὶ ἐπῆρεν αὐτὰ ὁ βασιλεὺς ὁ Βαλδουῖνος, καὶ ἐπέρασεν εἰς τὴν ἀνατολήν, καὶ ἐπῆγεν εἰς τὴν Φιλαδέλφειαν, καὶ ἐπολέμα μετὰ τοῦ βασιλέως τῶν Ῥωμαίων, καὶ ἐμάχετον δεκατρεῖς χρόνους, καὶ ἐκεῖ ἀπέθανεν, καὶ τινὲς μὲν λέγουν ὅτι ἀπέθανε τὸν κοινὸν θάνατον, ἄλλοι δὲ λέγουν ὅτι εἰς τὸν θάνατον ἐσκοτώθη. Sabellius quoque de eius morte varia tradit lib. 6 Ennead. 9: *Balduinus, qui post Byzantium a Gallis et Venetis captam fuerat imperator declaratus, intra annum quo fuit imperio potitus vita decessit. sunt qui scribunt ad Hadrianopolim victum in hostium potestatem venisse atque in vinculis morte consumptum, alii Byzantii aiunt fato defunctum.* addit Choniata lectissimos Latinorum equites et hastis vibrandis celebres eo in conflictu cecidisse, et Pleae comitem Lodoicum; callidissimum malum et omnium Romanarum cladium primum auctorem, Venetiarum ducem Dandulum, clade exercitus ex fugientibus cognita, statim conversis fraenis in castra properasse et Byzantium rediisse, intestinis fuga tot parasangarum ruptis et scroto in immensum tumefacto. Gregoras lib. 1 p. 15 21. Ephraemius Byzantius in Chronico:

ὁ δ' ἀσμένως δέδεκτο πρεσβείας λόγους,
καὶ συμμαχικὸν Σκυθικὸν λαβὼν στίφος,

ἐπεισκεπτωκὼς Ἰταλῶν στρατῷ λάθρα
τοῦτον τροποῦται καὶ νικᾷ κατὰ κράτος.
ζωγρεῖ τε καὶ σφῶν κράτωρα Βαλδουῖνον,
κομῶντα πολλαῖς ἀρετῶν νεανίαν,
μάλιστα πασῶν σωφροσύνῃ καὶ δίκῃ,
ὡς φθὰς προϊστόρησεν ἀνόπιν λόγος·
ὅνπερ καθείρξας μακρὰν ἐν τῷ Τρινόβῳ,
δράσας τε δεινὰ μυρία κακοτρόπως,
πέρας καθυπέβαλεν οἰκτρῷ θανάτῳ
κατ' ἠλιβάτων κατακρημνίσας τόπων.

quemadmodum itaque nomen Danduli apud Graecos inauspicatum atque infame habitum est, ita Balduini, quamvis eorundem hostis, gloriosum; cuius etiam vires atque imperium ob amissam libertatem oderant, mores atque ingenium exosculabantur. Graecorum de eo praeconia digna quae lapidi sepulcrali incidantur hic ascribam. Choniata p. 790 14. et Ephraemius in Chronico:

ἔκ τε Φραγγίσκων Βενετίκων Λομπάρδων
ἐπιλεγέντες εὐγενεῖς ψηφηφόροι
εἰς ἄνακτα χρίουσι τῆς Κωνσταντίνου
Βαλδουῖνον κόμητα χώρας τῆς Φλάντρας,
νεανίαν κάλλιστον, ὡραῖον φύσει,
φιλευσεβῆ τε καὶ φιλόχριστον λίαν,
πράϋν, ἱλαρόν, σωφρονέστατον μάλα,
μερίδα καὶ μέλλοντι διδόντα βίῳ,
πολλῶν ταμεῖον ἀρετῶν θεοδότων,
μάλιστ' ἐραστὴν σωφροσύνης καὶ δίκης.
ὃς εἶχε δὶς κήρυκα τῆς ἑβδομάδος
τορὸν βοῶντα μὴ καθεύδειν μηδένα
τῶν βασιλείων ἔνδοθεν καθ' ἑσπέραν,
μηδὲν νομίμῳ γυναικὶ συνημμένον,
πόρνῃ δ' ἀθέσμως συμβιοῦν ἡρημένον.
ἦν καὶ φύλαξ νόμων τε δίκης τ' ἐννόμου,
γυναικὶ προσχεῖν οὐ θελήσας οὐδ' ὅλως,
μηδ' ἂν μέχρι βλέμματος ἐμπαθῆ θέαν,
ὅσον περ ἀπῆν τῆς συνεύνου τὸν χρόνον. ALL.

p. 24 v. 15. nota fatum Balduini imp. a Scythis captus vivusque in hostium potestatem venit, ac primo Iohanni Bulgarorum regi, mox carceri traditus, modico tempore post miserabili exitu periit, circa annum 1205. fuitque Cpoli interregnum anni unius et mensium quattuor, morte imperatoris non prius explorata, quae ita contigit teste Niceta. captus diu Ternobi fuit: cum autem Aspietes ad Latinos defecisset, Iohannes rex propterea vehementissime exacerbatus aestuansque ira, et dolore in dies ingravescente pene in rabiem actus, Balduino educto e carcere pedes ipsi manusque amputari, deinde truncum in profundam vallem praecipitari iubet, ubi tertio demum die esca volu-

crum miserabiliter exspiravit. haec Nicetas. alii in carcere membratim dissectum tradunt, quod uxori Iohannis regis matrimonii imperiique sui consortium, si ope eius liberaretur, obtulisse per illam procacem reiectamque falso accusaretur. Matthaeus Paris non Bulgariae reginam, sed puellam quandam nobilem fuisse dicit, uti infra videbimus. quibus pro corollario addit noster Logotheta, quod ab aliis praetermissum est, barbarum capiti illius in conviviis illusisse, cranio videlicet maximi principis poculi vice abusum. neque tamen hoc ipsum categorice adstruit: ait enim ὡς φασί. utcunque tamen hoc in medium relinquendum sit, de nece ipsius Balduini ne dubitatur quidem. quid igitur sibi volunt illi qui eum post longam peregrinationem et captivitatem carcere eductum sospitem ac incolumem in patriam rediisse volunt? scio repertum fuisse quendam Balduino non absimilem, qui se imperatorem et comitem Flandriae Hannoniaeque mentiretur. nullo namque non tempore inventi sunt qui infimo loco nati mendacio se conati sunt clarissimis inserere familiis. hoc exemplo Pseudo-Balduini, quia nobile est, non gravabor hic, tamen etsi paulo longiuscula sit historia, fide veterum chronographorum adscribere. darem primum locum Alberto abbati Stadensi, qui circa illa tempora vixit. cui succederet deinde Godefridus Sancti Pantaleonis monachus Coloniensis in diligentissimis, quos nuper Marquardi Freheri beneficio accepimus, annalibus sub gestis anni 1225. possem et alios his adiungere, praeclaros quidem et fide dignos, sed stili infaceti homines. sed horum sordibus omissis audiamus potius saeculi nostri

florem illibatum populi suadaeque medullam,

Iustum Lipsium. is in Monitis et exemplis politicis lib. 2 c. 5 num. 8 rem narrat. nonnihil fidei tenebrioni isti ac impostori dedisse videtur Matthaeus Paris, scriptor eius temporis, in Historia maiore, ad annum 1224. adde auctarium Aquicinctinum ad Sigeberti Gemblacensis Chronicon, nuper ab Auberto Miraeo canonico Antverpiensi publicatum. Iacobus Meyerus, Iohannis Iperii (qui anno 1294 vivere desiit) Chronico aliisque vetustissimis Flandriae monumentis et annalibus inspectis, interceptusne sit Balduinus in praelio an occisus parum constare scribit, nunquam posthac inventum. de nebulone Balduinum mentiente vide ipsum ad annum 1225. Christianus Massaeus in Chronico ad annum 1201 captum Adrianopoli imperatorem ab adversariis et abductum in Syriam tradit. ita variant auctores. Dousa.

p. 25 v. 1. οἱ γοῦν ἀπολειφθέντες] Choniata p. 814 11. All.

ib. v. 2. φῶτα hic superfluum possit videri, et e glossula in contextum irrepsisse; cuius sententiae auctorem habeo Meursium, ex cuius Glossario haec, quae unice huc faciunt, deprompta sunt: τὸ λαμπρόν *ignis.* Constantinus in Tacticis: θέλων

μετακινῆσαι ἐκ τοῦ ἀπλήκτου αὐτοῦ ἐποίησε τοῦτο οὕτω, καὶ ἧψε λαμπρὰ πολλά. Glossae Graecobarbarae: τόπος ὅπου ἅπτουσι λαμπρὸν ἤτοι πῦρ. pro eodem τολλαμπρόν (quod est τὸ λαμπρόν) exstat in Turco-Graecia Crusii. sed de voce plus satis. simile autem stratagema legitur apud Livium 21 32, Annibalis, cum superato Pyrenaeo saltu ad Alpes pervenisset et montanos Gallos debellaret. leguntur apud eundem huiuscemodi stratagemata alia, ignibus in castris etiam vacuis accensis ad fallendos hostes. nam ad ignem nocturnae in castris vigiliae agebantur; cuius rei crebra mentio passim in lectione veterum occurrit: Horat. Od. 10 lib. 1; Virgil. 2 Aeneid.; Stat. Papin. Thebaid. lib. 4, lib. 8 et lib. 12; Propert. Eleg. 4 lib. 4, Tacitus aliique historici. vide Homerum sub finem 8 Iliad. nocturnum signum castrense ignis, diurnum fumus. notavit Scholiastes Homeri ad Iliad. 18. pyrasque incensas lego ad speciem maioris exercitus apud Nicetam in Alexio Comneno Porphyrogenito. sed et in militia ignium alius usus, nempe pro litteris; quod elegantissimus Lipsius observavit de Milit. Roman. lib. 5 dialog. 9. Dousa.

p. 25 v. 13. μὴ ἔχων τὸ ἐμποδών] Gregoras lib. 1 p. 16 4. vide etiam Choniatam in Balduino. All.

ib. v. 18. ἐκ βάθρων αὐτὴν] Anna Comnena Alexiad. lib. 14. All.

p. 26 v. 8. Βουλγαροκτόνον] de bello Bulgarico et Basilii imp. triumpho circa annum 1016 consulendus Zonaras Annal. tom. 3 in Basilio Porphyrogenito. meminit et Nicephorus Gregoras. Dousa.

ib. v. 9. καταντήσας καὶ αὐτῆς] minutatim omnia refert Choniata in historia et Ioannes Stauracius de miraculis S. Demetrii martyris. All.

ib. v. 11. ἔδοξε γὰρ αὐτῷ] hunc fuisse S. Demetrium martyrem Thessalonicensium patronum refert Ioannes Stauracius de miraculis S. Demetrii: τότε δὴ τότε ἀωρὶ τῶν νυκτῶν εἰς τέλος θεὸς τὴν ἑαυτοῦ τῆς ἐκδικήσεως ῥομφαίαν ἐστίλβωσεν καὶ ὑπέθηξεν ὡς ἐν θηγάνῃ τῷ ζήλῳ τοῦ μάρτυρος. καὶ αἴφνης ὁ ἄγρυπνος τῷ ὄντι φύλαξ καὶ πολιοῦχος ἡμῶν καὶ μέγας τοῦ μεγάλου βασιλέως στρατιώτης Δημήτριος ἔφιππος ἐφ' ἵππου λευκοῦ τῷ Βουλγαράνακτι φαίνεται, καὶ καιρίαν ἀκοντίζει παραχρῆμα τὸν ἄθλιον. ὁ δὲ μέγα παραυτίκα ἀνακραγὼν κατεβοᾶτο τοῦ ἀρχιστρατήγου τῆς στρατιᾶς αὐτοῦ Μαναστρᾶ ὡς δῆθεν τρωθεὶς ὑπ' αὐτοῦ· τοῦτον γὰρ ἐδόκει ὁρᾶν ἱππαζόμενον, ὥπερ εὐγενεῖ καὶ λευκῷ ἵππῳ ἱππάζετο, τῆς σκηνῆς ἔνδον γενόμενον, καὶ λόγχην ἣν περιέφερε τῇ καρδίᾳ τούτου ἐμβάψαντα. καὶ αὖθις κατεβοᾶτο τούτου καὶ πολλάκις, ὡς καὶ αὐτὸν ταῖς κραυγαῖς θορυβηθέντα καὶ ἀναπηδήσαντα τῆς στρωμνῆς (ἐν γειτόνων γὰρ ἦν αὐτῷ ἡ σκηνή) εἰσελθεῖν καὶ ἰδεῖν καὶ φανῆναι, καὶ ἀκοῦσαι ὡς σύ με πρὸ βραχέος ἔφιππος τῷ λευκῷ σου ἵππῳ γενόμενος ἐνταῦθα κατέσφαξας δό-

ρατι. καὶ τὸν γενέσθαι περιδεᾶ, καὶ εἰπεῖν "μή σύ γε βασιλεῦ· συμπάθησον, οἴκτειρον. οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστι. φάσμα σοι γέγονεν, οὐκ ἀλήθεια." ἐκεῖνος εἰς βάθος δεξάμενος τὴν πληγὴν ἐστροβεῖτο δεινῶς, ἐκέκραγε καὶ ἀνωλόλυξε. νύσσεται οὖν τὴν κοιλίαν εὐθύς, καὶ ῥοῦν ἱκανὸν ἀκραιφνεστάτου αἵματος κάτωθεν ἀποῤῥεῖ, ὅπως ἂν βαφῇ ὁ ποῦς σοι, Δημήτριε, αἵματι τῶν ἐχθρῶν σου ὑπὲρ τῆς σῆς τῆσδε πόλεως. καὶ ἄρχεται ἤδη λειποψυχεῖν. ταῦτα ἰδὼν ὁ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ ἀρχιστράτηγος Μαναστρᾶς, ᾗ τάχους εἶχεν, ὕπτιον τοῦτον ἐπιβιβάσας προτροπάδην φεύγει, καὶ κλέπτων τὴν σωτηρίαν μεθ' ὅσου τάχους ὑποχωρεῖ, καὶ μετ' αὐτοῦ καὶ σὺν αὐτῷ ἅπαν ἐκεῖνο τὸ μυριοπληθὲς στρατολογικόν, οὕτω ταχέως ὡς εἰ καὶ Βορεάδαι τινὲς κατὰ τοὺς θρυλλομένους τούτους ἐδίωκον· φόβος γὰρ αὐτοῖς καὶ τρόμος ἐπῆλθε κατά τινα ξένην ἀντιπερίστασιν. ἀλλὰ γὰρ οὐκ εἰς μακρὸν τούτῳ τὸ ζῆν, ἀλλ' αὐθημερὸν πρὸς ἡλίου δυσμὰς κατὰ τὸ ἐν ταῖς ἱστορίαις ζῶον μονήμερον θνήσκει βιαίως οὕτως ὁ ἄθλιος τῆς οἰκείας κακίας καὶ ματαιότητος δρεψάμενος τοὺς καρπούς, μέχρις αὐτοῦ τρυγίου τὸ κόνδυ τοῦ θυμοῦ ἐκπιὼν καὶ τὸ τῆς ὀργῆς κυρίου ποτήριον, καὶ μεμεθυσμένον θείου ξυροῦ εἰς πεῖραν ἐλθών. ἐπεστράφη γὰρ ὁ πόνος αὐτοῦ εἰς κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ κορυφὴν μὲν ἡ ἀδικία αὐτοῦ κατέβη, εἰς βόθρον δ' ὃν εἰργάσατο πέπτωκε, καὶ μία μαρτυρικὴ βολὶς εἰς ἐκδίκησιν ἤρκεσε τῶν πολλῶν ἐκείνου κακῶν, καὶ αἷμα ἐξέχεε δίκαιον τῶν ἐγκάτων αὐτοῦ πολλῶν αἱμάτων ἀδίκων ἀντίποινον. in codice Vaticano 163 in margine historiae Choniatae legitur: οὗτός ἐστιν ὁ ἀσεβὴς Σκυλοϊωάννης ἐπικληθεὶς ὕστερον, ὃν ἀνεῖλεν ὁ μέγας Δημήτριος προδήλως κατὰ τῆς Θεσσαλονίκης ἐπιστρατεύσαντα, ὡς ἐν τοῖς ἐκείνου θαύμασιν ἀναγέγραπται. et infra ἀσεβέστατε ἀνθρώπων Σκυλοϊωάννης Βούλγαρε, καὶ ποῖος θὴρ ἀγριώτατος τοιαῦτα εἰργάσατο; μὴ εὕροι ἡ μιαρά σου ψυχὴ τὴν τυχοῦσαν ἄνεσιν ποτέ. ALL.

p. 27 v. 2. ὁ δὲ Μιχαὴλ] causas quoque addit Gregoras lib. 1 p. 13 18. ALL.

ib. v. 21. ἐπηύξησε τὴν αὐτοῦ ἀρχήν] Gregoras lib. 2 p. 25 22. ALL.

p. 28 v. 4. ἔνθα καὶ Πέτρον] anno 1216 Honorio III. pontif. Rom. Petrus hic Cortenaeus ex comite Antisiodorensi factus imperator Cpolitanus, eadem hac pagina dicitur in praelio confossus occubuisse. at Antonius Bonfinius (Rer. Ungar. Decad. 2 lib. 7) tradit ipsum in Theodori Dyrrachini tyranni carcere diem suum obiisse, Iole interim sive Iolanta imperium eius administrante. alii in Thessaliae saltibus praeter iurisiurandi religionem et fidem interceptum scribunt, et toto biennio in tetro squalidoque carcere fatigatum ac pene enectum tandem obtruncatum esse anno 1221. DOUSA.

ib. v. 6. ἀνηγορευμένον πρὸς τοῦ πάπα] Latini scriptores rem aliter narrant, ferunt siquidem defuncto Henrico imperium

ab iis qui Cpoli erant delatum fuisse Andreae Ungariae regi vel socero illius comiti Petro Antisiodorensi, de quo statim Andreas pontificem Honorium III certiorem reddidit. Petrus tamen potioribus suffragiis vocatus e Galliis Romam cum uxore et filiis et alio comitatu advolat, et ab Honorio diademate cingitur in ecclesia S. Laurentii extra muros, ne quid iuris Orientale imperium in Occidentale comparasse videretur, et ne Cpolitani patriarchae viribus inungendi Orientis imperatoris detractum videretur. Honorius epistola ad patriarcham Cpolitanum: *nos autem licet id pluries denegassemus eisdem, ne quis posset quemvis de superfluo suspicari, quod in ecclesiae Cpolitanae praeiudicium faceremus, quia timebatur a multis ne, si sic a nobis confusus abscederet, non solum sibi sed universo imperio grave dispendium immineret, condescendentes tandem ipsos sine tuo vel alterius praeiudicio vel contemptu in ecclesia B. Laurentii foris muros urbis duximus solemniter coronandos.* et ut maior auctoritas negotio accederet, comitem illi dedit Ioannem Columnam tit. S. Praxedis. All.

p. 29 v. 2. ἔργον μαχαίρας γενέσθαι] hoc quoque aliter narrant scriptores Latini, qui scribunt non armis sed proditione et perfidia a Theodoro Comneno captum: nam cum in via foedus cum Theodoro iniisset, invitatur a Theodoro, et in convivio tum ipse tum legatus capiuntur, reliquis fugatis aut prostratis, et carceri mancipantur. leguntur ad eundem Theodorum Honorii epistolae, quibus eum tanti facinoris accusat, hortaturque ut legatum sedis Apostolicae et Petrum eximat vinculis et solutos sinat; et ni pareat, minas gravissimas incutit. et liberasse postmodum legatum pontificium compertum est. de Petro quid actum sit, silent historici. dubium itaque est an in vinculis e vivis excesserit an libertati restitutus fuerit. certe imperio redditus non est. Richardus de S. Germano in Chronico, nunc primum a doctissimo Ferdinando Ughello in Italiae sacrae tom. 3 edito, anno 1217: *Petrus Altissiodorensis comes in Cpolis imperatorem electus est. Romam veniens cum consorte sua ab Honorio papa apud S. Laurentium extra muros urbis in imperatorem et imperatricem coronantur. qui regnum intrantes et se Brundusium conferentes cum honesto militari exercitu, ibi dominum Ioannem de Columna Card. in Cpol. legatum venturum expectant, cum quo infausto satis omine navigio transfretantes ad portum Dyrrachii pervenerunt. qui pravo ducti consilio, imperatrice eos per mare praeeunte ad civitatem Byzantium, obsidere, et expugnare praeviderunt Dyrrachium, et cum viris non proficerent aut viribus suis, ab obsidione civitatis ipsius digressi sunt. qui errantes per devia et condensa silvarum a Graecis intercepti sunt, de quibus nonnulli in ore gladii perierunt, nonnulli vero capti sunt et carcerali squalore una cum ipso imperatore consumpti. ipse etiam cardinalis captus est et detentus.* hic miscet omnia et tur-

bat Blondus de gestis Venetorum. *Ioannes nunc imperator Venetis promiserat, si ab eis qui a Cpoli detulerunt cum habito a pontifice exercitu Cpolim deportaretur, Dyrrachium eis recuperare, quam urbem Theodorus Epirotes furto dolisque surripuerat. debellaturus autem Dyrrachium imperator hinc Iolem uxorem, inde cardinalem Columnam Cpolim iussit accedere, inchoataque est obsidio, et oppugnationes per dies fere singulos intentatae. sed urbem veteri muro, quem Venetus instaurasset, munitam Theodorus milite abundans ex Epiro fideli facile defensabat, adeo ut imperator potiri desperans sibi constituerit abeundum. et quia mediterraneas Macedoniae urbes invisendi desiderio teneretur, petitam inter solvendam obsidionem a Theodoro fidei publicae securitatem accepit. secundum quam scripto sibi datam ad Aretae amnis portum extensionem in Macedoniae littora primam fecit. inde ad nemorosa Tempe delatus, cum ad montium saltus pervenisset, in silvis tectorum structas a Theodoro duce insidias incidit, et abductus in teterrimum carcerem est coniectus.* primum hic Ioannem Hierosolymorum regem cum Petro Altissiodorensi confundit. res Petri, et quidquid Petro acciderat, Ioanni tribuit. Iole fuit uxor Petri, non Ioannis, soror Balduini primi. Theodorus Michaelis frater eidem Michaeli in principatu successit, quem armis et virtute bellica auctiorem reddidit. Iole tantum navigio Byzantium transfretavit: cardinalis Columna eiusdem Petri, uti laborum comes, ita et carceris fuit. leguntur etiamnum litterae Honorii III ad eundem Theodorum et alios, quibus sollicitat sub poenis etiam gravissimis Theodorum ut Apostolicae sedis legatum e custodia dimittat, alios ut factam iniuriam vindicent et liberationem procurent. ut dicta aliorum historicorum praeteream, qui nec bello pugnasse cum Theodoro Petrum et legatum affirmant, sed exoratos a Theodoro, etiam promissis expensis ad ipsum Byzantium, per illius dicionem iter arripuisse et in convivio captos carceri fuisse mancipatos, reliqua multitudine, quam secum ducebant, profligata. Chronicon Fossae novae, Iordanus, Ricardus de S. Germano, et alii. liberet in his fidem suam Blondus, si potest, si vult sibi fidem in aliis haberi. Raphael quoque Vollaterranus Theodorum hunc Epiri principem, qui Petro Altissiodorensi insidias struxit, cum Theodoro Lascari Graecorum imperatore confundit; narratque Petrum non carceri mancipatum, sed ab eodem in convivio obtruncatum. Sabellius Ennead. 9 lib. 6: Petrus Altissiodorensis ab Honorio pontifice *imperatoriis insignibus ornatus cum Ioanne Columna supremi ordinis antistite retro abiit: mittebatur is in Pannoniam ad arma in Turcos comparanda. ubi vero Brundusium ventum est, imperator Venetis navibus cum uxore et liberis exceptus in Dalmatiam transmittit, Ioanne antistite ad comparandum bellum praemisso. ipse conatus est Dyrrachium Theodoro, qui Epirum*

obtinebat, adimere. gerebat ipse pro imperatore Graeciae, Veneti aliquando antea instauraverant, illa ex improviso suo insederat praesidio. Veneto itaque nomini gratificaturus imperator, tum quia imperii aemulum infense oderat, aliquando Dyrrachium frustra oppugnavit. Theodorus interim pacis studium assimulans, Antisiodorensi insinuatus, ex hoste brevi fit hospes. imperatorem itaque comiter invitatum medio convivio obtruncat, neque foedus nuper ictum neque hospitalia iura reveritus. alii circa nemorosae Thessaliae loca, quae Tempe vocant, insidiis a Theodoro exceptum scribunt, atque in potestatem redactum in vinculis asservatum. All.

p. 29 v. 9. ἐπὶ τῷ υἱῷ παραδίδωσι] Belae 4 eius nominis Ungariae regi, Andreae 2, cui ex Hierosolymitana expeditione cognomen *Hierosolymitani* adhaesit cuiusque hic mentio fit, filio uxor fuit Maria, testantibus Ungarorum annalibus, quam imperatoris Graecorum filiam fuisse affirmant; Anton. Bonfinius decad. 2 lib. 7. qui nomen patris exprimeret, praeter Eliam Reusnerum, vidi neminem. hic in Genealogico dicit fuisse Emmanuelis imp. filiam; in quo fallitur. ex Logotheta Mariam (Belae 4, ut opinor, coniugem) clare Theodori Lascaris fuisse filiam discimus. quare castigandus hic eius error, aliorumque fortassis, qui ipsum sequuntur aut quos ipse duces habet. Dousa.

ib. v. 10. Ἄννην] Εἰρήνην scribendum statim praecedentia et mox sequentia satis manifesto ostendunt, ut pluribus opus non sit ad vulgatam scripturam redarguendam ac convincendam. Dousa.

ib. v. 13. Ἰωάννην τὸν Δούκα τοῦ Βατάτζη] Ioannes Baptista Egnatius, Cuspinianus et alii hunc Iohannem, *Ducam Batatzem* cognomento, corrupte Iohannem *Diplobatazium* vocant. Dousa.

ib. v. 16. ἠγάγετο δὲ ἐξ Ἀρμενίων] huius Gregoras non meminit, qui scribit demortua prima uxore secundam duxisse sororem Roberti imperatoris Cpolitani p. 21 20. All.

p. 30 v. 10. μέχρι καὶ αὐτοῦ τοῦ Νυμφαίου] multa de expeditionibus Latinorum in Oriente narrat Choniata in Balduino. All.

ib. v. 19. Νεοκάστρων] Anna Comnena lib. 14. All.

ib. v. 22. Μολδία καὶ ὀψίκια] de themate *Obsequii* supra quaedam attulimus in notis; Μολδία videtur *Moldavia.* Dousa.

p. 31 v. 4. Ἐρρῆς] Balduini frater post mortem Balduini tenuit et gubernavit imperium Cpolitanum annum unum et menses quattuor absque imperatorio titulo: nemini enim, ita referente Niceta p. 847 7, popularium suorum regni inaugurationem condonare voluerunt, nisi Balduini morte explorata, quod summopere laudans Choniata in suos Graecos invehitur. All.

p. 31 v. 8. *τὸ δὲ κοινὸν πλῆθος ὡς οἰκεῖον*] Ephraemius in Chronico

μεθ' ὃν κατάρχει Λατίνων τῶν ἐν πόλει
κλῆσιν Ἐρρῆς σύναιμος ὢν Βαλδουΐνου,
ἀνὴρ ἱλαρός, εὐμενὴς ὑπηκόοις,
πρὸς δὲ στρατηγὸς εὐσθενής, τολμητίας
ὀξύρροπός τε πρὸς μάχας ἀντιπάλων,
καὶ στρατιώτας γεννάδας ῥωμαλέους
Ἕλληνας ἄνδρας συντεταγμένους ἄγων,
ἐπίλεκτον φάλαγγα καὶ νικηφόρον. All.

ib. v. 11. *ἐν γὰρ τὸ τῶν Λεαντίνων ἄστυ ὥστε καὶ σήτει φαγεῖν κατηνάγκασεν*] corruptus locus. sensum qualemcunque expressimus. in quo tamen nobismet ipsis non satisfecimus. neque etiam amicis. quorum princeps Dusarumque ac Musarum amor, Petrus Scriverius, aliud suspicatus latere adhibuit familiarissimum sibi communemque amicum nostrum Danielem Heinsium; cui viro quid Graecae, quid Latinae debeant litterae, limatissimi eius ingenii immortales foetus summorumque ac eruditissimorum hominum de illo iudicia abunde testantur, et sentiet maximo cum emolumento posteritas. is coniectura ex tempore nata, et divina prorsus (ita me deus amet) divinatione, depravatissimum hunc locum ita interpolandum dixit: *ἐν γὰρ τῷ τῶν Λεαντίνων ἄστει οὐ μόνον σπάνις ὕδατος τοὺς φυλάσσοντας ἐξέκαυσε, λιμός τε, ὥστε σκυτοφαγεῖν κατηνάγκασεν ἀπὸ ἀσπίδων καὶ ἐφεστρίδων αὐτῶν.* hoc est: *in Leantinorum quippe oppido haud tantum aquae penuria praesidiarios urgebat ac fames, adeo ut clypeorum et sagorum coria manderent, verum etiam* etc. vel ad verbum *adeo ut clypeis ac sagis coria manducare cogerentur.* de cuius lectionis veritate ne dubita. Dousa.

p. 32 v. 6. *λεγάτος* vox Latino-Graeca, *legatus.* quae vox et apud alios Graecos scriptores occurrit. vide Glossarium Meursii. Dousa.

ib. *Πελάγιον*] fuit hic Pelagius episcopus cardinalis Albanus, legatus in Syria et Aegypto, ubi obiit, sub Honorio 3 pontif. Rom. presbyter cardinalis tituli, sive ecclesiae S. Praxedis. vide Onufrium Panvinium et Alfonsum Ciaconium in pontificum et cardinalium historia. Iacobus de Vitriaco Acconensis circa illa tempora episcopus in epistola ad Lotharingos suos, de captione Damiatae: *igitur nonis Novembris, salvatore mundi regnante, domino Petro Albanensi episcopo apostolicae sedis legato solenniter vigilante, anno gratiae* 1219 *capta est Damiata.* Petrum hunc eundem cum Pelagio credere quid vetat? an non et sic rescribendum? Pelagii Albanensis episcopi ac legati diserte meminit in eadem historia Oliverius scholasticus Coloniensis epist. ad Engelbertum archiepisc. Colon. et Matthaeus Paris Anglus in historia maiore ad annum 1219. aliique scriptores

consentiunt, tam veteres quam recentes; ex quorum numero videantur Paulus Aemilius Histor. Gallor. lib. 6 et Ubbo Emmius Rer. Frisicar. lib. 8, recentes quidem ambo sed elegantes et accurati scriptores. verum Ubbo noster variare auctores in pontificii legati nomine annotat, quosdam Pelagium, quosdam Columnam ingerentes, Blondus Histor. Decad. 2 lib. 7, Bonfinius Rer. Ungar. Decad. 2 lib. 7, et alii cardinalem Columnam hic agnoscunt. Cuspinianus (Platinam in vita Honorii 3 sequutus) in Petro Antisiodorensi imp. Cpolitano: *est tum Iohannes cardinalis de Columna legatus declaratus (ab Honorio pontifice) ad Asiae res reformandas, cum copiis ab Innocentio excitatis.* de Pelagio Anonymus historiae Orientalis et captae Damiatae scriptor apud Vincent. Bellovacens. Spec. Histor. lib. 31 cap. 138: *Damiata multis laboribus capta et per annum vel amplius a nostris possessa, postmodum Pelagio cardinali et legato Templariis et Hospitalariis totoque exercitu Christianorum, excepto rege Hierusalem Iohanne, qui ob quandam discordiam inter ipsum et legatum motam ab exercitu recessit, a Soldano per infortunium captis et graviter afflictis, reddita est paganis.* discordiae huius fomitem an fontem, nisi fallor, satis liquere existimo ex historia Pauli Aemilii, quem vide loco supra citato; et ex eo Meyer. ad annum 1221. Dousa.

p. 32 v. 6. Pelagius cardinalis Albanensis episcopus legatus ab Innocentio III Cpolim mittitur, summa auctoritate instructus, ut Graecos, qui Latinis parebant, a schismate abduceret atque ad ecclesiae sinum revocaret. narrat hoc idem Sabellicus Ennead. 9 lib. 5: *Henricus imperator Christianae pietatis observantissimus se adiutorem praebuit Romani pontificis, legato ad hoc Byzantium misso, ut Graecos subigeret ad Romanae ecclesiae ritum suscipiendum. vix ea res moveri coepta est, cum seditio ingens civitatem invasit, Graecis reclamantibus imperatoris officium esse arma curare, non sacra; satis superque a se datum, qui suam passi essent ecclesiam Romanae subiectam renuntiari. Henricus relictis cum sua pertinacia Graecis ad imperii constitutionem convertitur.* id tamen non Graecorum pertinacia, sed legati imprudentia et nimio in rebus exequendis ardore factum esse, colligi potest ex aliis quoque huiusce Pelagii actionibus. nam *plerique omnes*, ut narrat Spondanus anno 1221 num. 19, *Damiatae amissionis dedecus in Pelagium reiiciunt, qui contra omnium militarium ducum sententiam, ipse earum rerum inexpertus, alienissimo tempore vi censurarum adversus sultanum castra movere inconsulte coegerit, et tantum non ignavissimae morti vel turpissimae servituti florentissimum Christianorum exercitum obiecerit, quo vel tum universam Syriam et Palaestinam, et commodiori tempore etiam Aegyptum et Babylonem totumque Orientem subiugare facillimum fuisset.* nec minus hac

sua legatione asperius functum fuisse, adeoque neque apud imperatorem neque apud Graecos aliquid profecisse tradit idem Spondanus anno 1213 num. 24. ALL.

p. 32 v. 7. ἐρυθροβαφῇ] ex rerum Latinarum ignoratione factum est ut Acropolita, quod ex more illius gentis esset, ad fastum et insolentiam traheret. quis enim nescit rubra indumenta et reliqua cardinalium supellectilis rubro colore infici. non tamen inde sequitur, quicunque apud eam nationem rubris utuntur vestibus, cardinales esse, ut nugacissime argutatur Zacharias Gergenus in sua Catechesi, qui cum vidisset papam in sede deferri ab hominibus rubris amictis vestibus, inconsiderate et plane ridicule enuntiavit *papam cardinalium quattuor humeris subvehi satellitio stipatum*, τὸν βαστάζουσι τέσσαρες καρδινάλεις μὲ δορυφόρους. ALL.

ib. v. 15. τὸν πάπαν πρῶτον ἀρχιερέα] nempe iam olim de primatu contentio fuit inter Romanum pontificem et patriarcham Cpolitanum; quam decidit Iustinianus et Romae Cpolim subiecit. patet ex Novella 131. fecit idem Phocas rogante Bonifacio Pontifice; de quo Paulus Warnefridus de Gest. Longobard. lib. 4 cap. 37. Romanusque pontifex semper primatum asserere studuit, reclamante licet et multum repugnante patriarcha, donec sub Balduino Flandro capta urbe fugatoque patriarcha Graeco, Venetoque Thoma Mauroceno (primo ex Latinis patriarcha) electo, *Orientalis ecclesia, cuius olim metropolis erat Cpolis, cum imperatore et universo imperio eius capiti suo Romano pontifici, sicut fuit antiquitus renodata, Romanae ecclesiae sese esse filiam recognosceret; ipse etiam patriarcha huic aspirans operi et applaudens, se dignitatis suae pallium a summo Romano pontifice recepturum promitteret.* verba sunt Henrici (qui Meyero est Hugo) comitis de Sancto Paulo, ex epistola scripta Cpoli, quam annalibus suis inserit Godefridus monachus; qui extat Rerum Germanicarum tomo Freheriano primo. haec acciderunt anno 1203. sed statim, ut videtur, dissiluit haec concordia, iugumque Occidentale detrectarunt Orientales. quo nomine haec ad ipsos a pontifice Romano videtur instituta legatio, de qua insignis Logothetae locus. sed Pelagius legatus surdis cecinit, favente Cpolitanis imperatore Henrico Balduini fratre. quanquam anno 1215, tempore Concilii Romani, *Orientalis ecclesia, quod antea inauditum fuit, se subditam Romanae ecclesiae exhibuit. nam Cpoli duo in patriarcham electi Romam venerunt, quos ambos papa consilio cardinalium deposuit, et tertium substituit et investivit et ad sedem propriam remisit.* refert idem monachus in Annalibus. DOUSA.

ib. τούτου τὴν μνήμην ἐν ἱεροτελεστίαις ἐκφωνεῖν] hac de re, nempe ut in sacris hymnodiis Graecorum papae Ro-

mani mentio fieret et memoria coleretur, diuturna, ut et de primatu (de quo iam diximus), contentio fuit inter ecclesiam Romanam et Cpolitanam, duravitque ea ad tempora Michaelis Palaeologi, sub quo composita controversia illa unitaeque ecclesiae, etsi neque ista unio perseveravit. haec tria tum paciscebantur, primo ut a Cpolitanis in hymnodiis papae Romani cum quattuor patriarchis mentio fieret, secundo ut liceret cuivis Romam veterem tanquam maius tribunal provocare, tertio ut papae Romano in omnibus deferretur principatus. auctores Nicephorus Gregoras Histor. Byzant. lib. 5, Georgius Phranza Chronici Orientalis lib. 1 cap. 6, Georgius Pachymerius in Excerptis Histor. lib 5, aliique. sed non steterunt postea hoc pacto Graeci, et pontificis memoriam dedignati sunt: idcirco monet Palaeologos in epistola cardinalis Bessarion, inculcatque τὸ μνημόσυνον τοῦ πάπα. vide eruditissimum Meursium in Glossario voce πατριάρχης, et in notis ad epistolam illam Bessarionis Graeco-barbaram, una cum illustris Hesychii opusculis nuper editam et doctissime explicatam. Dousa.

p. 33 v. 9. de monachis et hieromonachis distincte suis locis notavit edecumata quaedam idem doctissimus amicus noster in Glossario. vide in ἱερομόναχος et μοναχός. Dousa.

ib. v. 16. τούτου δὲ τελευτήσαντος] Henrico succedit Robertus, vir non adeo fortis et acris et magni animi dux. Ephraemius in Chronico

τούτων κατάρχει Ῥομπέρτος Βυζαντίδος,
πράγμασι κοινοῖς μαλακῶς κεχρημένος
μετ' Ἐρρῆν κατάρξαντα τὸν τεθνηκότα
Ἄρειον ἄνδρα καὶ πάνυ ῥωμαλέον. All.

ib. ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ῥομπέρτος] quod auctor hic dicit Robertum Henrici fratrem fuisse, id vero falsissimum est. imo nepos fuit ex Iolanta sive Yolanthide, sorore ipsius (filiam quoque perperam vocat Io. Baptista Egnatius et Cuspinianus) nupta Petro Cortenaeo comiti Auxerrae sive Antisiodorensi, qui et ipse imperator fuit et cui successit Robertus. aliud egit itaque Logotheta, si ita scripsit. nam supra disertis verbis dixit Petrum ex Iolanta Balduini sorore propagasse Philippum Robertum et Balduinum, Robertumque ac Balduinum ipsi in imperio successisse, cedente ultro Philippo maximo natu. aberravit igitur hic eius mens, an manus? nisi culpa haec reiicienda sit in librarios; de quo me amicus meus summus, antiquitatis illustrandae et historiae vindicandae studiosissimus, Petrus Scriverius submonuit, nempe hic scribendum ὁ ἀδελφιδοῦς αὐτοῦ, id est nepos ex fratre vel sorore, vel forte ὁ ἀδελφόπαις pro eodem. vide Eustathium Pollucem aliosque lexicographos. Constantinus Manasses

in opere historico versibus politicis concepto vocat Iustinum τὸν ἀδελφόπαιδα Iustiniani:

ἔνθεν τοι μέλλων τελευτᾶν καὶ γῆθεν μεταβαίνειν
ἐπὶ τὸν ἀδελφόπαιδα βλέπει τὸν Ἰουστῖνον.

elige utrum malis. sane evidentissimus error (Scriverii verba sunt) in loco tam conspicuo tolerari non debet. Dousa.

p. 33 v. 17. Ῥομπέρτος] videtur Robertus hic in imperio administrando fuisse tenerior, amoribusque et otio indulsisse. cui opinioni Paulus Aemilius subscribit lib. 7, ubi verba eius sic habent: *Robertus Altissiodorensis Graecorum Augustus virginem nobilitatis Byzantiae formosissimam, sed quae desponsa iam fuerat Burgundioni cuidam iuveni florentissimo, sibi matrimonio consociavit, matre puellae autore, laetaque his multo splendidioribus nuptiis. laetitia in necem vertit. Burgundio iniuria magis irritatus quam Caesaris nomine deterritus, manu coacta in domum socrus irruptione facta, novam nuptam auribus desectis, truncis naribus deformavit, anum mari proximo mersit* etc. tragicum hoc exemplum etiam Ioan. Baptista Egnatius, Cuspinianus aliique commemorant, ita ut videatur Robertus fuisse Veneris quam Martis studiosior. sane hoc loco noster paucis eius indolem moresque denotat quasi degenerantis a virtute maiorum. Balduinus 1 ita se gessit, ut ipsis ab hostibus Latini nominis praeclarissime laudatus sit. nam hunc Nicetas ita commendat: *vir erat pius et modestus, ne impudico quidem aspectu mulierem intuitus, quamdiu ab sua coniuge abfuerat* (in hac parte vel ipsi Scipioni praeferendus). *vacabat divinis laudibus, necessitatibus conflictantes sublevabat. suae sententiae adversantes aequo animo audiebat. et quod maximum est, bis qualibet hebdomade vesperi proclamari iubebat ne quis in suo Palatio cubaret, qui alienam mulierem attigisset.* rebus humanis valedixisse perhibetur Robertus anno 1228, imperii annis 7 vixdum expletis. Dousa.

p. 34 v. 7. nota Acropolitam unum filium masculum octennem Theodoro tribuere ex Armenia uxore susceptum, Gregoram p. 24 3 nullum illum habuisse asserere. All.

ib. v. 13. ἔτη δεκαοκτώ] Gregoras p. 24 1. All.

ib. v. 16. μοιχείας] elegans sane et quantivis pretii divinatio Scriverii nostri, legentis μάχας. cui suae emendationi hunc Nicephori Gregorae locum apponebat, Rom. Histor. lib. 2 cap. 1: ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς Θεόδωρος ὁ Λάσκαρις ὀξὺς μὲν ἦν τὴν ὁρμὴν καὶ ἀνυπόστατος, καὶ πλείστας μὲν προκεκινδύνευκε μάχας, πλείστας δ' ἀνώρθωσε πόλεις καλλίσταις οἰκοδομαῖς καὶ πολλοῖς ἀναλώμασιν, ἀνασοβῶν καὶ ἀναχαιτίζων διὰ τούτων τὴν τῶν Λατίνων ὁρμήν. *imperator vero Theodorus Lascaris celerrimus fuit atque invictus, et plurimis praeliis spectatus, plurimasque urbes pulcherrimis aedificiis magnisque sumptibus ad retardandum et*

repellendum Latinorum impetum instauravit. elogium prorsus idem quod tribus verbis extulit Logotheta. Dousa.

p. 34 v. 17. περὶ τὰς μάχας ὀξὺς θυμοῦ τε] Gregoras lib. 2 p. 24 6. All.

p. 35 v. 6. de hisce patriarchis, Manuele Maximo Michaele Theodoro, Cpolitanis, Nicaeae tamen sedentibus, diximus nonnulla in opere nostro de perpetua utriusque ecclesiae, Occidentalis et Orientalis, consensione, ex quo lector petat, si lubet. All.

ib. v. 9. Κωπᾶς] in Notitia patriarcharum Κουπᾶς dicitur. Dousa.

ib. μετ' ἐνιαυτοὺς ἕξ] Notitia patriarcharum tradit vixisse tantum annum 1 menses 4 dies 3. Dousa.

ib. v. 10. Μάξιμος μοναχός] hic antea praeerat monasterio τῶν 'Ακοιμήτων, ut est in Notitia patriarcharum. Dousa.

ib. v. 13. μῆνας ἕξ] Notitia patriarcharum tradit menses 8. Dousa.

ib. v. 14. ὁ Μανουὴλ] hic est Manuel Charitopulus in Notitia patriarcharum. Dousa.

ib. v. 18. Βοϱίλα] dixit supra ut occupaverit Bulgarorum imperium, c. 13. All.

ib. v. 19. de fuga Ioannis Asani filii supra agit Acropolita c. 12 et 13. All.

p. 36 v. 13. de purpureis imperatorum calceis vide quae Meursius fuse in Glossario, in τζάγγαι. meminerunt passim Nicetas et Cantacuzenus. vide et Zonaram in Nicephoro Botaniata et Alexio Comneno. ex Procopii loco, quem vir clarissimus in Glossario adducit, videmus eos ad genua usque pertigisse. hinc Ville-Harduinus: *Morchufles caucha les heuses vermoilles,* et quemadmodum idem amicus ille noster ibidem docet ex Iohanne curopalate in Tzimisce, habebant quoque ius huiusmodi calceorum reges Bulgariae, qui videntur imperatores appellati fuisse. quo nomine ac titulo Asanum Bulgarum cohonestat Hungariae rex Andreas 2, cognomento Hierosolymitanus, in epistola ad Honorium 3 pontif. Rom. *huius intentionis studio, ut securum peregrinationis, divino fulti consilio, pararemus transitum, filiam* (Mariam) *Comnini Theodori Lascari filio nostro* (Belae 2) *duximus in uxorem. eodem etiam animo inter Azen Bulgariae imperatorem, mediante nostra filia, matrimonium celebravimus.* cuius loci me commonefecit Scriverius noster, ut et notae sequentis, Logothetam nempe nostrum Bulgarum semper βασιλέα nominare, pari titulo cum imperatoribus Cpolitanis, cum abstineat in aliarum regionum dominis, nec alio nomine quam regis aut principis dignetur. τῆς Οὐγγϱίας ῥήξ, Σικελίας ῥήξ, 'Αχαΐας πϱίγγιψ. Iohannem etiam τὸν ῥῆγα vocat, cum Hierosolymorum, uti et nos eum vulgo vocamus, regem intelligeret. quippe

vocabulo βασιλεύς quiddam amplius et maius significare voluit quam nos voce *rex* significare consuevimus. et quanquam Graeci regem βασιλέα dicunt, nihilominus eodem vocabulo imperatorem etiam Romanum et Augustum exprimunt; vix unus et alter veterum αὐτοκράτορα appellant. quamobrem quoties in hac historia vox βασιλεύς de Bulgarorum rege et Graecorum principe occurrit (occurrit autem passim), non *rex* sed *imperator* reddenda est. in quo (fatendum est) negligentiores quam par erat fuimus. sane Bulgarus βασιλεύς appellatus iam ab antiquo et Nicephori Phocae tempore: constat ex Luitprandi legatione ad illum ipsum imperatorem instituta circa annum 968. *cum,* inquit, *Christophori filiam Petrus Bulgarorum vasileus coniugem duceret.* notanda quoque quae ibidem leguntur: *de imperiali vestro nomine magna sumus contentione fatigati: ipse enim vos non imperatorem, id est* βασιλέα *sua lingua, sed ob indignationem* ῥῆγα, *id est regem, nostra vocabat. cui cum dicerem, quod significatur idem esse, quamvis quod significat diversum.* vide praeterea Glossarium Meursii in βασιλεύς et ῥήξ. Dousa.

p. 36 v. 14. πορφυρίδα τε] ex Acropolita videtur excerpsisse sua Gregoras p. 26 6. All.

ib. Κωνσταντίνου τοῦ Μεσοποταμίτου] fuit huius apud Isaacium Angelum imperatorem summa familiaritas. Choniata p. 591 22. Alexio vero illius fratri et ante principatum invisus et post eum parum gratus, quod plurima in Romana re publica movisset et omnia conturbasset, artibus tamen Euphrosynes Alexii uxoris Alexio reconciliatus, summa rerum ad illam devoluta, caeterorum auctoritas et cognatorum quoque imperatoris potentia elanguit; et qui dudum ab imperatore pro nihilo putabatur, nunc omnia poterat, et erat unus instar omnium; unus omnia recte statuere, unus omnium moribus se accommodare, omnia omnibus pro dignitate posse tribuere existimabatur, et ab imperatoris latere non discedebat. qui vero potentia exciderant, aegre ferebant, tum cognati imperatricis, Andronicus Contostephanus, cui Irene illius filia nupserat, et frater illius Basilius Cameterus; qui bilem suam contra imperatricem evomuerunt, et imperatori ad Occidentem abituro plura referunt: se plus Alexium diligere, e cuius salute propria quoque salus pendebat, quam Euphrosynem citra ullam verecundiam in turpissima facinora delabentem et adulteriis thalamum inquinantem. nam cum quo impudenter concumbit, eum etiam ad imperium evectum velle. quare potentia mulieris restringenda, amator e medio tollendus, ne posthac simile piaculum admittatur. dictis indignatur graviter imperator, et post Batatzii adolescentis caedem, regiis spoliatam vestibus in Nemetarium, muliebre monasterium circa Ponti fauces situm, imperatricem abduci iubet. post sex menses Euphrosyne delatorum novis conatibus et Constantini Mesopotamitae

artibus revocata, maiorem quam antea potentiam obtinuit, et maritum a se abalienatum miris blanditiis reconciliavit. Constantinus vero Mesopotamita illius aetatis vertumnus et homo callidissimus et versutissimus ob dominae reditum magis ac magis insolescebat, cum posset omnia apud imperatorem. hinc canicleі officium, quod ab Isaacio obtinuerat ac rursus offerebatur, ut suo fastigio inferius renuit, sed ex lectore diaconum se creari voluit, ut dignitates etiam ecclesiasticas contrectaret. simulat deinde se imperatori non amplius operam navaturum: neque enim permittere canones eundem et deo sacra facere et civilibus negotiis implicari. quare cogitur patriarcha Xiphilinus ut Mesopotamitae, simul et deo et imperatori, et templo et palatio sine fraude canonum inservire liceat, privilegio concedat. nec multo post Thessalonicae pontifex designatur. veruntamen cum cupiditati suae nullum modum statueret, sed vellet laeva templum dextera palatium tenere, fratres suos tanquam clavos et vectes inserebat, ac potius velut inaures de utraque imperatoris auricula suspendebat, ut si quando ecclesiasticis conventibus interesset, nullum dictum aut factum ignoraret, nec quisquam locum suum se imprudente occuparet. Thessalonicam profectus et vix solio collocatus summa cum festinatione Byzantium rediit, et uno digito regebat omnia. sed his cum fieret omnibus exosus, aulicorum criminationibus apud imperatorem impetitus de fastigio illo rerum deturbatur; nec excutitur tantum palatio, sed pontificatu etiam deiicitur, et qui malis artibus ad primarias functiones ecclesiasticas usurpandas pervenerat, primariorum conatibus de solio deiicitur. et hoc modo Mesopotamita Constantinus et duo eius fratres ab administratione rei publicae et ecclesiae removentur, et alii succedunt. All.

p. 36 v. 18. Δημήτριος] hunc archiepiscopum Iacobum vocat Pachymerius Histor. lib. 2. All.

ib. v. 19. τὸ βασιλικὸν περιτίθησι σχῆμα καὶ διάδημα] praeter honorem illum de quo iam verba fecimus, quod Bulgarorum princeps βασιλεύς appelletur, legati quoque eius omnium gentium legatis praeponebantur; quod ex Luitprando liquet. cuius totum ea de re locum hic adscribam: *cumque indignans abire vellem, Leo coropalates imperatoris frater et protoasecretis Simeon pone me sequuntur, haec latrantes: cum Christophori filiam Petrum Bulgarorum vasileus coniugem duceret, symphona, id est, consonantia scripta iuramento firmata sunt, ut omnium gentium apostolis, id est nuntiis, penes nos Bulgarorum apostoli praeponantur, honorentur, diligantur.* praeterea Bulgariae archiepiscopus αὐτοκέφαλος supremum in ecclesias suas ius habebat, neque patriarchae Cpolitano aut ulli alii subiectus erat. fidem faciunt Theophylactus in epistol. et Balsamon in

Privileg. patriarch. vide Meursii Glossarium in *αὐτοκέφαλος*. hactenus de privilegiis Bulgarorum. pergamus. Dousa.

p. 36 v. 20. *αὐτόνομος*] de autonomia archiepiscopi Bulgariae plura diximus in syntagmate nostro de perpetua utriusque ecclesiae, Occidentalis et Orientalis, consensione lib. 1. All.

p. 37 v. 1. *σεβαστοκράτορας μεγάλους τε δομεστίκους*] de his dignitatibus consule Glossarium Meursii in *σεβαστοκράτωρ* et *δομέστικος*. Dousa.

ib. v. 2. *ὀφφικίων*] vox iterum Latino-Graeca, *ὀφφίκιον officium*, qualis supra *ὁ λεγάτος legatus*, et infra *κομμέρκιον commercium*, *μποτεστάς potestas*, et caetera suis locis annotanda. vide Glossarium Meursii. Dousa.

ib. v. 16. *οἱ σεβαστοκράτορες*] historiam fuse prosequitur Gregoras p. 25 1. All.

ib. v. 22. *ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς*] hinc pelluntur ineptiae pene aniles Volaterrani, quas ille maximas agit lib. 23: Ioannes Batatzes *apud Zacynthum imperii titulum extra patriam annos triginta quattuor tenuit. huic filius Theodorus Lascaris nomen avi materni referens fuit. quem Ioannes e vita decedens Michaeli Palaeologo, viro in armis strenuo, quo duce et administratore utebatur, commendavit. ille expulsis Latinis, pupilloque luminibus orbato et in carcerem coniecto, imperium sibi per nefas vindicavit.* Batatzes Nicaeae imperium tenuit et administravit, non Zacynthi, quem oculis suis, dum imperio potiretur, vidit, nec intueri licuit. numquam Batatzes Michaeli Palaeologo Theodorum commendavit, neque Theodorum filium Ioannem, sed Theodorus moriens filium suum Ioannem Georgio Muzaloni et Arsenio patriarchae. obtruncato deinde Muzalone filius Theodori Ioannes ab Arsenio et universo senatu Michaeli Palaeologo commendatus est. falsum est praeterea Batatzem Michaele Palaeologo duce et administratore usum fuisse, quod verissimum fuerit de Andronico Palaeologo Michaelis patre. qui tandem luminibus orbatus est a Palaeologo, non fuit ipse Theodorus, sed filius Theodori Ioannes, quo ille pupillo decesserat. hunccine hominem tantis delectatum esse nugis in paucissimis verbis? All.

ib. Michaël hic archistrategus, cui in Poemaneno a Iohanne Batatze Graecorum imp. templum exstructum dicit Logotheta, est Michael archangelus, cuius apud Graecos multa veneratio est magnoque in honore eius memoria. hunc *τοῦ ἀρχιστρατήγου* nomine afficiunt Graeci quasi principem Angelorum et caelestis militiae ducem. Michael Glycas Annal. part. 4: *quoniam imp. Basilius Michaelem illum temulentum interfecerat, placandi dei causa multis per urbem locis novas aedes Michaeli principi copiarum caelestium duci exstruxit.* Emmanuel imp. Novella de feriis: *feriamur*, inquit, *sexta Septembris*, *ὅτι ἐν*

αὐτῇ τὸ ἐν Χώναις τοῦ ἀρχιστρατήγου Μιχαὴλ θαῦμα τερατουργεῖται, quia illa die commemoratio agitur miraculi, quod a Michaele archistratego Chonis patratum est. vide Menologia Graecorum hoc die et octavo Novembris. huius festivitatis cum alii tum Zonaras tom. 3 Annal. meminit in Isaacio Comneno. templorum numini eius dedicatorum et Michaelis nomine nuncupatorum cum alii multi tum Cedrenus in Basilio Macedone meminit, monasterii *τοῦ ἀρχιστρατήγου* ad Bosporum alicubi Nicephorus Gregoras lib. 5 cap. 1. videndus et Nicetas lib. 7 de imp. Manuelis gestis, item lib. 3 vitae imp. Isaacii Angeli, aliique passim. fuit et inter imperatoris flammeola, Codino curopalata teste, unum archistrategi nomine dictum, ab imagine videlicet *τοῦ ἀρχιστρατήγου τῶν ἄνω τάξεων Μιχαήλ*. vide, et interpretem corrige. DOUSA.

p. 39 v. 9. *τριήρεις τε κατεσκεύασε*] haec fusius narrat Gregoras p. 28 20. ALL.

p. 42 v. 15. *Πετραλίφα*] meminit quattuor fratrum Petraliпharum, oriundorum ex Francorum gente, Nicetas sub Manuele Comneno libro 2. DOUSA.

ib. v. 20. *Σκαγείρας*] Choniata Isaacii Angeli lib. 3. urbium ac regionum nomina in alia atque alia mutata certum est et indubitatum apud omnes. plurima alii suis notis vel commentariis adnotarunt. nos in eruditorum gratiam, eorumque potissimum qui recentiorum Graecorum historias legunt, exscribemus hic schedulam nobis Venetiis ex ms Graeco codice per virum fide doctrina officio et religione praestantissimum, Angelicum Aprosium Vintimilliam, transmissam; ut scias cui debeas hoc, qualecunque sit, eruditionis munusculum. *περὶ ἐπωνυμίας πόλεων καὶ τόπων. Ἀμαὶ πόλις ἡ νῦν Χρυσούπολις. Ἀπία ἡ νῦν Κορώνη. Ἀπολλωνία ἡ νῦν Ἱερισσός, ἥτις καὶ Ὄλυνθος ἐλέγετο. Ἄργος Θετταλικὸν ἡ νῦν Λάρισσα. Ἀσία ἡ Ἔφεσος. Πτολεμαῒς ἡ Φιλαδέλφεια. Ἀχαΐα ἡ νῦν Πάτρα. Βοιωτία ἡ νῦν Λιβαδία. Βεριούπολις ἡ νῦν Στρούμιτζα. Βελεντιούπολις τὸ νῦν Βελεβούσιον. Ἐλισσὸν ὁ Ἐλασσών. Ἐπίδαμνος τὸ νῦν Δυρράχιον. Εὐρώπη ἡ δύσις πᾶσα. Ἡράκλεια ἡ νῦν Πελαγωνία. Θεούπολις ἡ νῦν Προῦσα. Θέρμη ἡ Θεσσαλονίκη, καὶ Ἠμαθία. Ἰλλυριοὶ οἱ Ἀλβανῖται. Ἰλλυρικὸν τὸ νῦν Κάνικον καὶ ἡ Σέρβια. Κετιαῖοι οἱ νῦν Μακεδόνες. Κιλικία ἡ Ἀρμενία. Κίλιξ ὁ Ἀρμένιος. Κολοσσαὶ αἱ Χῶναι. Ὀδρυσὸς καὶ Ὀρεστία ἡ νῦν Ἀδριανούπολις. Ὀρθαγορία ἡ νῦν Μάκρη. Ὀλυμπία ἐν Ἀρκαδίᾳ. Πήδασος ἡ νῦν Μεθώνη, ἧς πλησίον Χερρόνησος, ἥτις καλεῖται Πύλος, ἡ πατρὶς Νέστορος, νῦν Ἀβαρῖνος. Πύδνα τὸ Κίτρος. Ποτίδαια ἡ νῦν Κασσάνδρεια, ἤτοι ἡ Βέρροια. Ῥοδόπη ἡ Φιλιππούπολις. Σίρμιον ἡ νῦν Οὐγγρία, πρώην δὲ Γήπεδον. Φωτικὴ ἡ νῦν Βελᾶ. Ἑλλὰς ἡ νῦν ὀνομαζομένη Πελοπόννησος. Εὔβοια ἡ Εὔριπος.* adde etiam ex Anna Comnena *Μονόλυκος ποταμὸς ὁ νῦν*

Βαρηνός. Λιχνῖτις λίμνη ἡ νῦν Ἀχρίς. Τέμπη αἱ νῦν Κλεισοῦραι. Κρηνίδες ἡ νῦν Φιλιππούπολις. Τριβαλλοὶ οἱ νῦν Σέρβοι. Choniata *Κολωνία ἡ νῦν Τάξαρα. Σαρδικὴ ἡ νῦν Τριαδίτζα. Τόπκη ἡ νῦν Ἄκε.* Ioanne Stauracio *ὄρος τὸ Ἄθως τὸ νῦν Ἅγιον ὄρος.* Ioanne Tzetze *Μαίονες οἱ νῦν Βούλγαροι.* Pachymerio *Τοχάριοι οἱ νῦν Ἀτάριοι.* Ioanne Lydo *Ἀνακτορία ἡ νῦν Μίλητος. Ὑποπλάκιος Θῆβαι τὸ νῦν Ἀτραμμύτιον.* Georgio Acropolita *Εὖρος ὁ νῦν Μαρίτζα. Ναξειὸς ποταμὸς ὁ νῦν Βαρδάριος.* Nicephoro Gregora *Ταινάρια ἄκρα ἡ νῦν Μαίνη.* ALL. *)

p. 43 v. 19. *μέγας ἑταιρειάρχης*] de hac dignitate vide Glossarium Meursii in *ἑταιρεία καὶ ἑταιρειάρχης*. DOUSA.

p. 44 v. 4. *μέχρι καὶ τῶν πυλῶν τῆς Κ.*]. Gregoras p. 27 16 et 28 5. ALL.

ib. v. 18. *ὁ μὲν οὖν Ἄγγελος*] brevius Gregoras p. 28 9. ALL.

p. 45 v. 12. *τῇ σημαίᾳ τὸν ἔγγραφον ὅρκον*] pleraque similia exempla apud alios historicos invenies, quibus cognoscitur rem male cessisse periuris: neque enim fidem frangit homini, qui iureiurando foedus et pacta constabilita amolitur, sed deo, qui has iniurias pulchre ulciscitur. cf. Nicephorus patriarcha in Breviario historico p. 24 D ed. Lupar., de Iustiniano filio Constantini. ALL.

p. 46 v. 9. *τῆς μεγάλης Βλαχίας*] Thessaliae nempe montana, quae magna Blachia dicebantur. Nicetas in Balduino p. 841 13. hinc illius regionis accolae *Μεγαλοβλαχῖται* vocantur a Pachymerio lib. 1 cap. 30. ALL.

ib. v. 20. *παρὰ Ῥωμαίων ἐφιλεῖτο*] hinc plures eiusdem laudes et praeconia apud Graecos posteriores. ALL.

p. 47 v. 5. *νεωτερισμοῖς χρᾶσθαι πεφώραται*] Acropolita non statim post pugnam excaecatum fuisse a Bulgaro Theodorum, sed domi postquam illum excepisset humanissime, cum Theodorus post etiam accepta beneficia res innovare deprehensus esset. Gregoras l. l. rem videtur aliter narrare. et Richardus e sancto Germano in Chronico: *eodem mense Aprili in Graecorum imperio factum est praelium inter Graecos, in quo Comnenus captus est et utroque lumine orbatus.* ALL.

ib. v. 22. *ὁ ἀδελφὸς*] Balduinum fratrem Roberti facit Acropolita, Matthaeus Parisius in Histor. Anglic. filium. in eo concordant eum fuisse puerum nec ferendo oneri parem. sic quoque historici Latini. ALL.

p. 48 v. 13. *ξυνέθετο γοῦν ὁ ῥὴξ*] Richardus a S. Germano in Chronico: anno 1231 *rex quondam Hierosolymitanus apud Reate ad papam vadit, de cuius assensu obtinet ut cum filio imperatoris Cpolitani de filia sua contrahat, et ipse sit curator*

---

*) cf. Bandur. animadvers. in Constantini Porphyrog. de them. l. 1 p. 10.

imperii, donec in maiori constitutus aetate perveniat ad legitimam. mare apud Venetias intrans vadit collato exercitu Cpolim. All.

p. 49 v. 8. *δύο ἐνιαυτοὺς*] hoc duorum annorum intervallo Ioannem regem in Galliis exercitum comparasse et in Italiam se ad pontificem contulisse Reate, tandem Venetiis copias imposuisse navibus et Cpolim applicuisse, scribit Gregorius Nonus in Regestis. All.

p. 50 v. 7. *τῆς ἐγκυκλίου*] Anna Comnena lib. 5 Histor. *τοῖς προϊσταμένοις τὴν ἐγκύκλιον παιδεύεσθαι παιδείαν*, et *ταῦτα δὲ λέγω ἀχθομένη διὰ τὴν παντελῆ τῆς ἐγκυκλίου παιδεύσεως ἀμέλειαν*. encycliam eruditionem improprie hic Grammaticam intelligit noster Acropolita, licet alii aliter exponant. cf. Tzetzes Chiliad. 2 v. 522. All.

ib. v. 21. *ὁ ῥήξ*] de hac voce Glossarium Meursii in *βασιλεύς* et *ῥήξ*. Dousa.

p. 52 v. 15. *ἐγεννήθη γὰρ αὐτῷ*] eadem prosequitur Gregoras p. 29 15. caetera conveniunt. intersunt tamen inter Gregoram et Acropolitam: nam in Gregora legati ex Bulgaris veniunt, in Acropolita ab imperatore mittuntur; in Gregora filia Bulgari Helena decennis est, in Acropolita novennis. All.

p. 53 v. 8. *Θεόδωρος*] legi nescio quid huius Theodori, sed memoria non suggerit quodnam illud fuerit: ad res tamen mathematicas spectasse suspicor. All.

p. 54 v. 3. de Blemmide pluribus alibi egimus. edita sunt illius Philosophica et Logica, et orationes duae de processione spiritus sancti per me in Latinum versae. multo plura sunt in bibliothecis. penes me sunt eiusdem oratio, *ὁποῖον δεῖ εἶναι τὸν βασιλέα*, et historia de sancto Paulo et aliis patribus, qui in Latro monte solitariam vitam egerunt, elegantissime et ad antiquum succum conscripta. in Vaticana legitur eiusdem *λόγος ὃς ἐπεστάλη τῷ βασιλεῖ, βασιλικὸς κληθεὶς ἀνδριάς· ἔστι δὲ καὶ μονασταῖς καὶ παντὶ σπουδαίῳ λυσιτελής*. principium: *νόμος ἀρχῆθεν συμβαίνων τοῖς πράγμασι τοὺς ὑπηκόους εἰσφέρειν τῷ βασιλεῖ*. All.

p. 55 v. 1. *ὁ Τρινόβου ἀρχιερεύς*] Acropolita *ὑπὸ τὸν Κωνσταντινουπόλεως τελῶν*, Gregoras *τῷ τέως ὑπὸ τὸν ἀρχιεπίσκοπον τῆς πρώτης τελῶν Ἰουστινιανῆς*. et consentit Ephraemius in Chronico:

τῷ τηνικαῦτα ποιμενάρχης Τρινόβου,
τῷ Βουλγαρίας ὑποκείμενος θρόνῳ,
οὐκ οἶδ' ὅπως κέκριτο συνόδου κρίσει
θεσπίσματί τε τοῦ κρατοῦντος Αὐσόνων
τιμὴν πατριάρχου γε καὶ κλῆσιν ἔχειν,
κήδους τινόντων τῶν κρατούντων οἱ χάριν.

Acropolita memoriae lapsu vel parum rebus ecclesiasticis intentus

haec de Ternobi episcopo scripsit. de Ternobi autonomia nos etiam alibi. Ternobum porro omnium Haemi urbium munitissimam et praestantissimam dicit Choniata, in montis vertice sitam, firmis circumdatam moenibus. ALL.

p. 55 v. 9. τὴν δυτικὴν] Gregoras p. 30 6. ALL.

p. 56 v. 15. ἔφημεν] cap. 31. ALL.

p. 58 v. 8. Σκυθῶν] cum Ioannes Ducas rerum potiretur, maxima Scytharum multitudo ab Hyperboreis effusa ad Caspium mare descendit, et eorum duce Sitziscane defuncto filii eius Chalaus et Telepuges exercitus dividunt. Chalaus Caspium et Iaxartem fluvium ad Septemtrionem relinquens per inferiorem Asiam descendit: Telepuges limitibus imperii sui constitutis meridiem versus Caucasi cacuminibus et deinceps mari Caspio, per Massagetarum et Sauromatarum regionem proficiscitur, subigitque gentes omnes quae Maeotidem paludem et Tanaim accolebant. deinde Tanai superato adversus Europaeas gentes multas ac varias et ex iisdem Scythis ortas impetum facit, quae impressione illa perterritae mutandas sibi sedes censuerunt: neque enim illis satis fiduciae ad resistendum erat, sed omnes et gentes et urbes trepidabant et velut spicae in area terebantur. unde et hi Scythico bello desperato pellibus palea plenis pro ratibus usi cum uxoribus et liberis Istrum transierunt, nec brevi tempore in Thracia oberrarunt, idoneam sibi coloniam quaerentes, decem milibus haud pauciores. ex Gregora. ALL.

ib. v. 9. de Tartarorum colluvie et barbarie varii varia scripserunt, Haithonus Armenius in Orientali historia, Marcus Paulus Venetus in itinerario, Alexander Gagninus in Sarmatia Europaea, et complures alii. omnium luculentissime Vincentius Beluacensis in Spec. Histor. lib. 31 et 32 ex Simone de Sancto Quintino et Iohanne de Planocarpi; quaedam etiam ex historia Tartarorum. hos Vincentii auctores secutum video Ant. Bonfinium Rer. Ungar. Decad. 2 lib. 8, ubi statim in initio de mirandis Tartarorum moribus nonnulla praemittit, Ungarorum gesta cum ipsis bella post commemoraturus. illic vide, si fortasse ulla tibi lubido est cognoscendi bipedes nequissimos, homines, ut ita dicam, non homines, aut potius magna parte belluas, si vera sunt quae de iis vulgo traduntur ab illis qui aut ipsi gentem viderunt, aut a fide dignis ea quae referunt accepere. DOUSA.

ib. v. 12. Εὔρον] Ἕβρον legendum aut saltim intelligendum videtur amicissimo nostro Scriverio. et sic aliquoties infra, et apud Nicetam. adhibe tabulas Ptolemaicas, Mercatoris item atque Ortelii praestantissimorum geographorum lucubrationes. DOUSA.

p. 60 v. 2. ὁ ἐπὶ τῆς τραπέζης dignitas in Byzantinorum imperatorum aula non postremo loco habita est, ut apud Curopalatem legimus. Witichindo est *mensae ministrator*, aliis *dapifer*.

quem dapiferatus honorem seu praefecturam mensae iam tum sub Constantino Magno ita distributis officiis institutam et Russiae principi assignatam, ut alia aliis, testatur Nicephorus Gregoras lib. 7 cap. 8. vide V. C. Marquardi Freheri Origines Palatinas parte 1 cap. 15 renovatae editionis, et Meursii Gloss. in *Δομέστικος*. Dousa.

p. 60 v. 15. *τῆς τοῦ θεοῦ ἀντιλήψεως*] non arma, sed dei gratia est quae pugnat. Gregoras p. 88 19 de Alexio Strategopulo. All.

p. 63 v. 14. *ὁ μέγας Χαρτουλάριος*] de hac dignitate consulatur Glossarium Meursii. Dousa.

p. 65 v. 4. *παρεσπόνδει*] cf. Anna Comnena lib. 7. All.

p. 67 v. 17. *θνήσκει*] mortis causam, quam hic tacuit Acropolita, narrat Gregoras p. 44 7. All.

ib. v. 18. *σωφρονική τε καὶ ἀρχική*] Irenes et Ioannis Ducae pietatem aliaque ad pios usus opera prosequitur Gregoras ibidem. de hac eadem Pachymerius in Historia. All.

p. 68 v. 18. *καλέσασα τοῦτον μωρόν*] Anna Comnena Histor. lib. 2: *καὶ ἡ θατέρου ἅτερον οὐκ ἐλάνθανε σχέσις. καὶ εἰς ἔργον οὔπω τὰ τῆς γνώμης ἀπέβαινεν, ἐνθέν τοι καὶ μωρὸν καλέσας αὐτὸν ἐπυνθάνετο λέγων, τί ὧδε ποιήσων ἥκεις;* All.

p. 70 v. 10. *τούτους γὰρ πρὸ βραχέος*] Gregoras p. 37 4 brevissime. All.

p. 71 v. 18. *ὁ πρωτοσέβαστος*] adi Glossarium Meursii in hac voce: facies operae pretium. reliqua autem quae hic commemorantur dignitatum nomina et functiones idem amicus noster longe doctissimus suis locis accuratissime explicat. quem virum quotiescunque nomino, si eum debito honore encomiisque ab exquisita et excellenti eruditione repetitis non afficiam, scito quia illa nomen ipsum praefert causam esse. Dousa.

p. 72 v. 17. de purpureis imperatorum crepidis, an ocreis? supra egimus; item de tiara et pileo ad exemplum pyramidis in altum surgente et acuminato. de quo nunc audiendus Nicephorus Gregoras sub finem historiae suae, in Naenia: *de capitis porro tegumento, apud superiores imperatores moris erat ut aetate provectiores aulici proceres pileis turbinatis* (*καλύπτραις πυραμίδος ἐχούσαις σχῆμα*) *serico tectis uterentur, pro dignitate cuiusque.* atque haec imperii symbola haberi subdit Logotheta. quod et insinuat Iohannes Cantacuzenus Histor. Rom. sive Byzantinae lib. 1 cap. 5, ubi pileum istum *συνεκδοχικῶς* lapidem appellat, cum in apice pilei lapis visendae magnitudinis ac incomparabilis pretii spectaretur. Graece est *τὸν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς λίθον.* et lib. 4 cap. 37 *λίθῳ κεκοσμημένος πῖλος*, notante V. C. Iacobo Pontano S. I., cui illum auctorem praestantissimum, hactenus ignotum, luce nuper donatum, ut et Georgii Phranzae Chronicon, debemus. sed Latine tantum, quod unice dolemus.

de sandaliis imperatoriis idem Cantacuzenus lib. 2 cap. 14 et lib. 3 cap. 27. videndus etiam Leunclavius in Pandecte Historiae Turcicae. praetor Graeciae historicus, quem saepe vir magnus producit, ait *recepta Cpoli venisse in manus Graecorum imperatoria Balduini II symbola, quae quidem haec fuerint, καλύπτρα formae Latinis usitatae et unionibus distincta, cum lapillo rubri coloris in vertice capitis* (eius hic meminit Logotheta), *calciamenta cocco tincta, gladius vagina de coccinei coloris serico facta vestitus.* coniunge haec cum iis quae a nobis supra de pileo et calceis rubris annotata sunt. Dousa.

p. 73 v. 21. *παρὰ τῶν Ταχαρίων*] Chalaus Sitziscanis filius, ut supra diximus, superatis Tanaidis fontibus Europam devastavit. alter Sitziscanis filius Telepuges Caspiis angustiis superatis, Sogdiana a tergo relicta, Bactrianis et Oxosogdo flumine ad radices magnorum montium progressus cum exercitu hibernat. montes quod una continenti serie cohaerent, unum veluti montem conflant, et Taurus dicitur, qui Asiam universam mediam dividit, incipiens ab occasu proxime Aegaeum mare, et Asiam secans ad subsolanum ventum, iuxta Oceanum sese terminans. vere maximorum gregum aut armentorum instar montium cacumina superant, et populos subiectos invadunt, et Indiam penetrant, quanta in utraque Indi ripa patet; qua subacta in Arachosiam et Carmaniam iter convertunt, et gentibus illis facile devictis ad Chaldaeos et Arabes perveniunt. deinde ad Babylonios et Assyrios transgressi Mesopotamiam occupant, et loci amoenitate allecti errores finiunt. tertio anno Iaxarte fluvio traiecto Asiam inferiorem sibi vindicant, nec tum quieverunt, sed tribuni alio atque alio missi Persas primum et Parthos et Medos subigunt, deinde Armeniam maiorem ascendentes Colchidem et finitimam illi Iberiam excurrunt. praedia postmodum amoenissima, et delicatissimi agri, quibus illi summopere delectati sunt, effecere ut, quam animo iam possidebant, Asiam interiorem excurrerent, et imperii sui limites littoribus maris terminarent. gentibus tamen, quas inviserant, annua tributa imposuerunt, et pro sua libidine quidvis in illas decernunt. tandem Assyriorum Persarum et Chaldaeorum moribus exculti, patrio numinis cultu contempto ad eorum religionem inclinarunt, illorumque mores et instituta rebus in omnibus secuti sunt. hi Musulmanos, quos alii Turcas vocant, eo tempore pugnis et excursionibus assiduis acriter hostiliterque divexabant. All.

p. 74 v. 12. *σωτηριῶδες τοῦτο φάμενος τυγχάνειν ἀμφοῖν*] Gregoras p. 41 1. All.

p. 76 not. v. 3. *τοῦ πατριάρχου Γερμανοῦ καὶ Μεθοδίου*] etiam Onuphrius Panvinius in Chronico Germano patriarchae successorem facit Methodium hoc nomine 2. Nicephorus Gregoras tamen lib. 3 cap. 1 et 2 Germanum habuisse successorem

scribit Arsenium monachum, illum ipsum puta, cuius Logotheta infra meminit et Manuelem Arsenium vocat, monachum Apollonia accersitum, unoque die diaconum sacerdotem ac patriarcham factum. idem in notitia patriarcharum, quantum colligere possum (nam ea post Manuelem Charitopulum philosophum lacera est et interrupta) Arsenius Autorianus appellatur. sedit Germanus in throno iuxta Onuphrium annos 17 menses 6. catalogus ms patriarcharum Gretzero citatus annos tantum 17 habet. Dousa.

p. 77 v. 22. *τῆς μονῆς τοῦ Βηρός*] Choniata p. 595 4. All.

p. 80 v. 10. *Δραγωτᾶν*] ita ms exemplar. malim tamen quemadmodum post sequitur, ut sit *ὁ Δραγωτᾶς*. *Dragotes* sive *Dragutes* nomen proprium viri etiam alias occurrit. Dousa.

p. 81 v. 14. *ὁ Λιτοβόης Νικόλαος*] Choniata p. 564 11 meminit cuiusdam Litoboës militis in exercitu Ducae sebastocratoris, qui ex barbarica cohorte ducem nactus alia via sine ulla noxa Ducam servavit in clade Isaacii a Blachis accepta. All.

p. 84 v. 9. *τῷ τῆς Ῥοδόπης ὄρει*] Anna Comnena lib. 14: *κατὰ γραμμὴν παράλληλον κεῖται τῷ Αἵμῳ*. All.

p. 87 v. 16. *κατὰ τὸν κωμικόν*] Chremylus ad Carionem servum in Pluto apud Aristophanem: *ἀλλ' οὔ σε κρύψω· τῶν ἐμῶν γὰρ οἰκετῶν πιστότατον ἡγοῦμαί σε καὶ κλεπτίστατον*. All.

ib. v. 20. *ἐγώ φησιν*] eodem astu Iuvenius Celsus promeritas poenas, quod adversus Domitianum coniurasset, effugit. vide Dionem in Domitiano. All.

p. 88 v. 4. *ἀσκὸν διαφυσήσας*] simile quid legi in vita S. Theodori Studitae a Niceta Alexii filio perpetratum, tanti patris infortuniorum miserto. en verba. *ἔγνω καὶ ταύτην τοῦ δικαίου τὴν παρρησίαν ὁ βασιλεὺς καὶ τὸ ἐν ἅπασιν ἀταπείνωτον. ἀμέλει καὶ αὐτὸν πάλιν ὡς εἶχεν ὁρμῆς τὸν Νικήταν πρὸς τὸν ἅγιον πέμπει, πληγὰς νῦν σφοδροτάτας ἐντεῖναι αὐτῷ παρακελευσάμενος καὶ κατὰ μέρη καὶ μέλη ταῖς μάστιξι διαξᾶναι καὶ ὅλον αἰκισμῶν θεῖναι ὑπόπλεων. οὗ καὶ τὸν ὅσιον καταλαβόντος, ὅτου τε ἥκοι χάριν ἀναγγείλαντος, ὁ δὲ τοῦτον ἅμα τῷ λόγῳ τὸν χιτῶνα σὺν εὐθυμίᾳ ψυχῆς ἀποδυόμενον καὶ τὰς σάρκας πρὸς τὸ μαστίζεσθαι εὐτρεπίζοντα. "τοῦτο γάρ μοι" φησὶν "ἐκ πολλοῦ καὶ ἐφετὸν καὶ προσδόκιμον." ἀλλ' ὁ συμπαθὴς ἐκεῖνος ἀνὴρ καὶ αὐτόχρημα ἐλεήμων, ὡς μόνον ἴδοι τὰς τιμίας ἐκείνας σάρκας γυμνάς, ἃς καὶ χρόνος καὶ νηστεία ἐσχάτως ἐξέτηξεν, ἐκλάσθη ὅλως καὶ τὴν ψυχὴν ἔπαθε, μηδὲ προσχεῖν ὅλως μηδὲ ψαῦσαι ταύταις τὸ καθόλου τολμήσας, πολλοῦ γε καὶ δὴ χερσὶν αἰκίσαι ἢ μάστιξιν. ὅθεν καὶ σοφόν τι ἐν ἑαυτῷ βουλευσάμενος, ὡς ἂν καὶ τὸ παρὰ βασιλέως δόξῃ ἀφοσιοῦν καὶ τοὺς συνόντας λάθοι, ὡς τετυφὼς εἴη τὸν ἅγιον, προβάτου δορὰν ἐνεγκὼν καὶ ταύτην ἐπὶ τῶν ὤμων θεὶς τοῦ ἀνδρός, κατὰ ἐκείνης, ὡς εἶχε, τὴν τῶν μαστίγων ποιεῖται καταφοράν, τὸ*

μόνος καταλειφθῆναι μετὰ μόνου προοικονομησάμενος διὰ τὴν περὶ τὸν ἄνδρα, φησίν, αἰδῶ καὶ τὴν τῶν σαρκῶν ἔκτηξιν. ἵνα δὲ καὶ ῥανίδας ὑποδεικνύειν ἔχῃ τοῦ ἀπὸ τῶν πληγῶν αἵματος, αὐτὸς ἐκεῖνος, ὢ γνώμης εὐγνώμονος, τὸν οἰκεῖον αἱμάσσει βραχίονα σιδηρίῳ ἐκκεντήσας, καὶ τὸ ἐκεῖθεν ῥεῦσαν τὴν μάστιγα ἐπιβάψας, οὕτω ταύτην ἐξελθὼν δείκνυσιν σαρκὶ φοινιχθεῖσαν καὶ αἵματι, αὐτὸς δῆθεν ἀσθμαίνων καὶ ὑποκρινόμενος τὸν κατάκοπον, καὶ εὐλογηθεὶς παρὰ τοῦ ὁσίου ὁ θεοφιλὴς οὗτος, καὶ εὐχαῖς ταῖς αὐτοῦ προπεμφθεὶς ὁδοῦ εἴχετο, μισθὸν οὕτως ὑπερφυᾶ καλλίστου ἔργου δεξάμενος. ALL.

p. 88 v. 13. quomodo S. Demetrius sit Thessalonicae κηδεμὼν et πολιοῦχος, inter alios pluribus explicuit Ioannes Stauracius de miraculis S. Demetrii. et Nicolaus patriarcha monodia de excidio Thessalonicensi: ποῦ μοι, Δημήτριε μάρτυς, ἡ ἀήττητος συμμαχία; πῶς τὴν σὴν πόλιν ὑπερεῖδες πορθουμένην; πῶς ὑπὸ σοὶ πολιούχῳ ἡ ἐχθροῖς ἄβατος, ἀφ' οὗ χρόνου ταύτην ἥλιος ἐθεάσατο, τοσούτων κακῶν εἰς πεῖραν ἐγένετο; πῶς τῆς τῶν δυσσεβούντων ὀφρύος ἠνέσχου κατορχουμένης τῆς ἱερᾶς προστασίας; πῶς ὑπέμεινας ταῦτα καὶ διεκαρτέρησας; ALL.

p. 90 v. 19. πεπλούτηκεν εἰς εὐτυχίαν] hoc maxime improbatum est a Ge. Phranza lib. 1 c. 5: *hoc maxime modo imperium ad Michaelem ex Palaeologis imperatoribus primum pervenit, quod utinam ne unquam pervenisset.* ALL.

p. 91 v. 8. φιλόσοφος] corrigendum hic animadvertit Meursius, ὁ Φίλης. eius mentio pluries in hac historia. atque huius sine dubio gentilis est ille Philes cuius exstat *historia animalium.* quae sententia est illius doctissimi viri, quem modo nominavi. DOUSA.

ib. v. 16. ἐκεχειρίαν] cf. Ioannes Tzetzes Chil. 2 v. 58 de significatione huius nominis. ALL.

p. 92 v. 19. ὁ Γαβαλᾶς] repugnante licet scripto codice legendum ὁ Γλάβας, uti mox infra diserte perscriptum est. DOUSA.

p. 94 v. 16. ἱππαγωγούς] cf. Ioannes Tzetzes Chil. 6 v. 329. Suidas: ἱππαγωγὸς ναῦς ἡ τοὺς ἵππους, καὶ τοὺς ἄνδρας ἄγουσα. ἱππηγὸς dicitur a Polybio. idem in ῥῦμα. ex hoc monstrum facit Sabellius *Hippagenes,* Ennead. 9 lib. 5: *quae habuit centum viginti arcilia: sic enim dicunt Veneti navigia ad convehendum equos; Graeci Hippagones vocant.* ALL.

p. 95 v. 11. μετὰ τοῦ δεσπότου] exactius Gregoras p. 47 13—49 4. ALL.

p. 99 v. 11. παραχειμάσας οὖν] Gregoras p. 49 4—7. ait reditum parasse, quod ibi nollet hibernare.

ib. v. 22. ἐς Φιλίππους ἐπήξατο] Gregoras p. 49 7—21. et mirum sane Gregoram iudicium adeo celebre, quo forte Graecia et dignitate personarum et probationum veritate et iudicum

frequentia nullum vidit illustrius, adeo obtruncasse deartuasseque ut neque pes neque caput in eo appareat. Ge. Phranza temere confundit omnia, qui iudicium hoc sub Batacio factum sub Theodoro illius filio ponit. *quae res eum in suspicionem captati imperii, cui per id tempus Theodorus Lascaris iunior praesidebat, per calumniam vocavit.* secundo, quaestioni praefuisse, cuius tum apud imperatorem plurimum valebat auctoritas, Arsenium patriarcham cum aliis iudicibus. et tamen Arsenius post illud iudicium ex Apolloniade accitus in patriarchatum evectus est. tertio, episcopus, qui illi suadet ut consilii sui conscios ediceret, etiam iureiurando promittit illos solos ex legibus poenas daturos, Michaelem ab omni supplicio immunem ac liberum abiturum. et hoc fuit praeter sententiam imperatoris; et episcopus promittit nunquam postea observanda. quarto, probationem ferri candentis Michael ad probandam suam innocentiam poscit. *quodsi hoc non est satis, obsecro te, domine, hoc mihi da, ferrum in camini flammas coniectum et etiam atque etiam vehementerque candens manibus complectar, prunasque in sinum immittens, sperans deum, qui tres pueros in camino ignis liberavit, et oculum illum omnia contuentem semperque vigilem, qui scrutatur renes et corda, quique novit nec cogitasse nec concepisse me de quibus interroges, illaesum, si ei placuerit, ab adustione servaturum.* hoc vero merum mendacium est: semper enim ab huiusmodi ferri candentis experimento abhorruit, palamque edixit se ut Romanum legibus Romanis, non barbaris, quando ille mos barbarorum erat, iudicandum esse. quinto, ineptissime ab episcopo deterretur Michael ab illa probatione, cum episcopus ille ad eam suaderet, qui comperta postea Michaelis mente verba illa protulit. cum itaque omnia confundat et mutilet pro libidine Phranza, nos eo neglecto ex aliis scriptoribus rem adeo singularem illustrabimus. Henricus quoque Spondanus in Continuatione Annalium miro anachronismo, ut semper solet, hoc idem iudicium sub Theodoro ponit, sub quo affectasse imperium Michaelem Palaeologum scribit. All.

p. 100 v. 1. *Νικόλαος*] Nicolai huius quoque mentio fit supra loco nimisquam corrupto. *μαγκλαβίτης* nihil aliud est quam custos ad aulae ianuam, clava armatus, quam *μαγκλάβιον* *manuclavium* appellabant. vide Glossarium Meursii in *μαγκλάβιον* et *μαγκλαβίτης*. Dousa.

ib. *κατεῖπε πρὸς τὸν βασιλέα*] saepe alias etiam in suspicionem affectati imperii sub hoc Batacio venisse Michaelem Palaeologum habeo ex Ge. Pachymere lib. 1 cap. 7, qui ibidem exponit quomodo Batacius securitatem sibi parabat. All.

ib. not. v. 7. *ἡ διὰ μύδρου ἀπόδειξις*] ferri candentis experimentum ad innocentiae probationem nota etiam Graecis ea

tempestate in usu fuisse. Georgius Pachymerius lib. 1 Historiae Graecae testatur *se adolescente nonnullos massam ferream candentem manibus citra noxam sustulisse, atque ita innocentiam suam per miraculum testatam reddidisse.* et diu post haec tempora adhuc *ferrum ignitum ab illaesa muliere contrectatum* scribit Cantacuzenus Histor. Byzant. lib. 3 cap. 27. Dousa.

p. 100 not. v. 11. *Φειδίας καὶ Πραξιτέλης*] novum mihi hoc semper visum fuit Phidiam Praxitelemque, duos nobilissimos statuarios ac caelatores, magorum ac praestigiatorum loco haberi. si non nugatur Graeculus, profecto velim doceri quid sibi velit et quo alludat auctor. Dousa.

p. 101 v. 15. *Καλλιμάνου ἀδελφῇ*] Pachymerius, ut supra, non hasce cum Thamare Callimani sororis nuptias, sed cum filia Michaelis despotae secreta sponsalia suspicionem affectati imperii movisse tradit. All.

p. 102 v. 5. de purgationibus per monomachiam et ferrum candens vide doctissimas et eruditissimas Martini Delrii dissertationes, et Sixtum Senensem Biblioth. lib. 2 in fine. sunt a sacris canonibus damnatae et interdictae sub poenis gravissimis. All.

p. 103 v. 4. *ἡ διὰ μύδρου ἀπόδειξις*] mirum quid in hoc ipso genere de muliere adultera sed poenitente, et episcopo Didymotichensi commemorat Ioannes Cantacuzenus Histor. lib. 3 cap. 27. addam ipso tempore Lascarium hanc purgationem ferri candentis maxime fuisse in usu, ut oculatus testis refert Pachymerius lib. 1 (p. 33 2—14). et nota *καὶ εἶδεν ὁ γράφων ἡβῶν τῷ τότε ὑποστάντας τινὰς τοιαῦτα, πλὴν ἀλωβήτως ἀπαλλάξαντας τὸ θαυμάσιον.* pyrae eversae probationem in homicidio apud Cyprios lego apud Theodorum Prodromum de Rhodanthes et Dosiclii amoribus lib. 1. All.

ib. v. 13. *ὁ τῆς Φιλαδελφέων*] hic est Phocas Philadelphiensis episcopus, quem cum Arsenio patriarcha videtur confundere Phranza. All.

p. 107 v. 6. *ὁ Μανουὴλ*] non ergo Arsenius, ut Phranza. Gregoras: *ὅμως ἔδοξεν ὅρκοις αὐτὸν βεβαιώσαντα* etc. verba habes superiori capite. sed magis distincte et accurate Pachymerius p. 22 8. All.

p. 108 v. 7. *καὶ ὁ βασιλεὺς*] Gregoras p. 49 21. All.

p. 109 v. 2. *γεγονὼς ἄφωνος*] Gregoras p. 50 6. All.

ib. v. 4. *ἐφόλβιον*] corrigendum censet Meursius *φόλβιον*, barbara et peregrina voce, herbam significante. de qua sic in Glossario: *φόλβιον herbae genus.* Demetrius Cpol. Hieracosophii lib. 2 cap. 1: *φολβίου βοτάνης, κόστου, σμύρνης ἀρρενικῆς, στάχους Ἰνδικοῦ.* occurrit illic pluries. videturque *beta* esse, quae Italis *foglia molla.* Scriverio vero nostro aliter videtur, qui legendum putat, levissima mutatione *β* in *κ*, *ἐφόλκιον*, ut dicat

medicos scarificationem cucurbitularum pedibus adhibuisse, et *ἐφόλκιον* sive attractorium quoddam medicamentum scarificationi iniecisse et applicasse ad eliciendum sanguinem, cui rei *εὐφόρβιον* aptum etc. Dioscorides Aesclepiadesque alii videntor. de morbo autem imp. Io. Ducae Batatzis Nicephorus Gregoras lib. 2 cap. ult. Dousa.

p. 109 v. 15. *τοῖς τοιούτοις ἐπεχωρίαζε*] Gregoras p. 50 8. All.

p. 110 v. 3. *τῷ ἐκεῖσε προσκυνήσῃ Χριστῷ*] in hac aegritudine Ioannis pietatem et nummorum in pauperes profusionem fuse enarrat Georgius Pachymerius (p. 70 8), qui a Christianis principibus omnino audiendus est. All.

ib. v. 14. *ἑξήκοντα καὶ δύο*] Gregoras p. 50 16. et nota annos vitae illius Acropolitam numerare sexaginta duos, Gregoram sexaginta: in annis imperii conveniunt, cum uterque tres et triginta imperii numeret. All.

ib. v. 18. *δαψιλεστέραν*] admirabitur non nemo quanam ratione eiusmodi imperatores, qui paulo ante reliquam regiam supellectilem hostibus cesserant et omnia sua amiserant, extorres, et non sine continuis illisque immensis sumptibus, nunc cum Bulgaris nunc cum Latinis nunc cum Christianorum hostibus, et quod maius cuipiam videri poterit, cum Graecis ipsis belligerantes, tot recolligere pecunias potuerint, ut larga etiam manu largitionibus et retributionibus, non familiaribus modo sed exteris, supra etiam imperatorum consuetudinem effusissimis providerint. cessabit omnino admiratio, si revocentur in memoriam quae Pachymerius de aerario Ioannis et Theodori scribit p. 68 6. All.

ib. v. 22. *Ἄννης*] mortua namque Irene Annam Alemannam Manfredi Siciliae regis sororem uxorem duxit. Gregoras p. 45 7 et 91 22. Pachymerius lib. 3 p. 181 9 et infra p. 186 7. huius Annae postea imperium adeptus Michael Palaeologus maxime cupiens fuit. itaque inflammatus libidine ferebatur, ut neque pudor neque pietas neque hominum fama a cupiditate illa revocarint. mulieris castimoniam et artes et ipsius imperatoris conatus Pachymerius lib. 3 p. 181 14 sqq. expressit. All.

ib. v. 23. *Μαρκεσίνης*] rem fusius pertractat Gregoras p. 49 9 sqq. quae Gregoras de Nicephoro Blemmyda et exclusa Marcesina ab ecclesia tradit, videtur hausisse ex epistola encyclica eiusdem Nicephori, quae quia adhuc inedita est, quod sciam ipse, et digna sit quae ob pietatem et summam in Christianam religionem zelum teratur omnium manibus, hic exscribam Graece; quae est: *Νικηφόρου μοναστοῦ καὶ πρεσβυτέρου τοῦ κατὰ τὰ Ἡμάθια ἡσυχαστηρίου τοῦ Βλεμμύδου ἐπιστολὴ καθολικωτέρα καὶ πρὸς πολλούς, ὅτι ἡ ἀρχόντισσα ἡ Μαρκεσίνα, ἡ ἐξόχως ἐρωμένη τῷ βασιλεῖ καὶ διὰ τοῦτο πάντων ὑπερτεροῦσα, καὶ αὐτῆς τῆς Αὐγούστης πρωτεύουσα τυραννικῶς, εἰσέφρησεν ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς*

σεβασμίᾳ μονῇ τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θαυματουργοῦ, ἐν ἐκείνῃ τῇ μονῇ τῷ τότε διαγόντων ἡμῶν, εἰσῆλθε δὲ καὶ πρὸς τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ τελουμένης τῆς λειτουργίας, καὶ ἀπεκλείσθη παρ' ἡμῶν τῆς ἱερᾶς ἀκροάσεως καὶ ἀπεδιώχθη μετὰ αἰσχύνης, ὀδυρομένη τὸ γεγονὸς ἐπὶ αὐτῇ. πάλιν ἡμεῖς ἐν πνεύματι τολμητίαι, καὶ πάλιν ἡμῖν ἀπειλαὶ καὶ περιστάσεις καὶ κίνδυνοι. ἔτι τὴν κοσμικὴν ἴσμεν σοφίαν ἀπαίδευτοι, καὶ στυγητοὶ διὰ τοῦτο καὶ ἀποτρόπαιοι. πάλιν ἀντιφερόμεθα ταῖς ἀρχαῖς, καὶ εἰκότως ἀπελεγχόμεθα δύσχρηστοι. μικρὸν τῆς τῶν δεινῶν ἐπιφορᾶς ἀνεψύξαμεν, καὶ ὁ Σατὰν ἤγαγεν εἰς ἡμᾶς τὴν ἀσελγῆ τε καὶ φαρμακόν, τῆς οἰκουμένης τὸ πρόσκομμα, τὸ παγκόσμιον σκάνδαλον μετὰ τοῦ αὐχένος καὶ τῆς ὀφρύος καὶ τοῦ φρυάγματος, τάχα μὲν καταπλήξων καὶ καταπαλαίσων ἡμᾶς ἤδη ταῖς τῶν ἀλγεινῶν ἐκδειματωθέντας καὶ προκατασεισθέντας ἐπαγωγαῖς (τοῦτο γὰρ ᾠήθη, πτωχοὺς τὴν διάνοιαν καὶ τὸν τῆς ψυχῆς τόνον παρειμένους εἰδώς), ὄντως δὲ τῷ μόνῳ σοφῷ τε καὶ ἰσχυρῷ κατασοφισθησόμενός τε καὶ ἐκνευρισθησόμενος. ἄθρους ἀκάθεκτος ἡ μαινὰς τῷ ἡμεδαπῷ σεμνείῳ προσέρραξε μετὰ βαρείας ὅσῳ καὶ σφοδρᾶς τῆς πομπῆς, ὀξύρρου δίκην χειμάρρου πολυμιγοῦς. ἑωρακότες αὐτὴν οἱ περὶ τὰς πύλας ἡμέτεροι, καὶ ὅσοι τῶν ἐντός, πεφρίκασι, διαπεφωνήκασιν. εἰσερρύη πανετοίμως καὶ εἰς αὐτὸν τὸν νεὼν τῆς θείας καὶ μυστικῆς ἐπιτελουμένης θυσίας ἡ ἐναγής. ἡμεῖς δέ, καὶ ταῦτ' ἐν ἀμηχανίᾳ γεγονότες τῷ ἀδοκήτῳ τοῦ πράγματος, ἀπείργομεν εὐθὺς τὴν μοιχαλίδα τῆς ἱερᾶς ἀκροάσεως, τῆς κοινῆς καὶ συμφώνου τῶν πιστῶν εὐχῆς τε καὶ ὑμνῳδίας. ἀποτροπιαζόμεθα τὴν ἀσχήμονα, τὴν ἐκτόπως τοῖς νόμοις τοῦ Χριστοῦ ἐνυβρίζουσαν καὶ τὴν ὕβριν δημοσιεύουσαν, ὅλαις ὁρμαῖς ἐξοστρακίζομεν τῶν ὁσίων τόπων τὴν βέβηλον, περιδεεῖς μὲν ὄντες τῇ ἀσθενείᾳ τῆς σαρκὸς καὶ ὑπότρομοι, τῷ τοῦ κυρίου δὲ κρατίστῳ φόβῳ τὴν ἄνθρωπον ἐκκρουόμενοι, καὶ τοῦ παρανομῆσαι τὸ θανεῖν μᾶλλον αἱρούμενοι, καὶ τὸ τῇ ἀκοινωνήτῳ συνεκκλησιάσαι τῶν ἀπευκταίων πλέον ἡγούμενοι τοῦ πικρῶς ἀπαλλαγῆναι τοῦδε τοῦ σκήνους, πληγὰς ἐν αὐτῷ καὶ καθείρξεις καὶ λιμώξεις, καὶ εἴ τι ἄλλο τῶν ἀπειλουμένων, ὑπενεγκόντες διὰ βίου παντός. τῶν μὲν γὰρ παρόντων ἀνδρῶν τὸ βιαιότατόν τε καὶ μονιμώτατον, μὴ περαιτέρω τῆς τοῦ δεσμοῦ διαρρήξεως ἐξισχῦσαν, τῇ ἐπικήρῳ συγκατεστράφη ζωῇ, μεγίστων ἀντιφιλοτιμησάμενον καὶ ἀκαταλύτων ἐπάθλων ἐσμόν· τὸ δ' ἀστοχῆσαι νόμων θεοῦ, καί τι τῶν θελγόντων τὴν αἴσθησιν προκρῖναι τῶν τοῦ κυρίου θεσμῶν, τὸ ἀπερρῖφθαι προξενεῖ ἐξ αὐτοῦ, πικρίαν ἀνύποιστον, αἰσχύνην ἀπέραντον. χρὴ μὲν οὖν ἡμᾶς τὴν ἐν προσευχαῖς ἀληθίζειν ἐπίκλησιν καὶ οἷα τέκνα τοῦ ἀγαθοῦ τὸ ἀγαθὸν ἐνεργεῖν, εἰ καὶ ὁ χοῦς ὑποσύρει, συντόνως ἀνθέλκειν ἑαυτοῖς πρὸς τὰ ἄνω διὰ τὴν πρὸς τὸν ὕψιστον πατέρα αἰδῶ, καὶ τὸ πολίτευμα ἔχειν, ὡς ἐν πατρίδι, ἐν οὐρανοῖς, ἔρρειν ἀφέντας πᾶν γεηρὸν καὶ πρό γε τῆς ἀναλύσεως, εἰ δὲ τῆς πρώτης οὐκ ἐφικνούμεθα τάξεως, πρὸς τὰς ἀνεκφράστους ἀπολαύσεις τέως ὁρᾶν αἳ δὴ βραβεῖα τοῖς ἐν ἀρετῇ κα-

μοῦσι προητοιμάσθησαν, καὶ πᾶσαν θλῖψιν ὑποφέρειν διὰ τὴν αἰωνίζουσαν εὐκληρίαν (οὐ γάρ ἐστιν ὅλως τοῦ νῦν καιροῦ τὰ παθήματα, κἂν ὁπόσα κἂν ὁποῖά ποτ' ἂν εἴη, πρὸς τὴν ἐλπιζομένην ἀντίδοσιν ἄξια), εἰ δὲ καὶ τῆς τῶν μισθωτῶν διαμαρτάνομεν ὁμηγύρεως, κἂν γοῦν τῇ ἐσχάτῃ μοίρᾳ τῶν σωζομένων ἐγκαταλέγεσθαι καὶ τῶν δεσποτικῶν προσταγμάτων ἀντέχεσθαι, δεδοικότας τὸ τῆς περιφρονήσεως ἐπιτίμιον, τὴν ἐν γεέννῃ κατάκρισιν, καὶ διὰ τοῦτο καὶ προκινδυνεύειν αὐτῶν, εἰ δεήσειεν, ἐπεὶ πόσης ἀνοίας ἐστὶ τὸ μικρῶν τιμωριῶν τὰς μείζους καὶ παυροτέρων βασάνων τὰς διαρκεστέρας ἀλλάξασθαι; καὶ μᾶλλον εἴπερ αἱ μὲν αἱ βραχεῖαι σωφρονίζουσι καὶ καθαίρουσι (τίς γὰρ ζήσας οὐχ ἥμαρτεν; ἀπὸ ῥύπου δὲ τίς καθαρός); αἱ δὲ λάχος εἰσὶν ἀναφαίρετον. ὥσπερ γάρ τις ὁπωσοῦν ἐπταικὼς ἐκλογῆς ἑαυτῷ προκειμένης κολάσεων, εἰ τῶν τήμερον κουφοτάτων, μετρίων ἴσως τινῶν ῥαπισμῶν, προέλοιτο τὰς ἐπιπονωτέρας εἰς τὸ ἑξῆς, οἷον στρεβλώσεις, ξέσεις, μελῶν ἐκτομάς, ἀφρονέστατος κρίνοιτ' ἂν δικαίως καὶ ἀλογώτατος, οὕτως ὁ τῶν ἄρτι προελόμενος δυσχερῶν τὰς ἐσομένας ἀλγηδόνας ἐν αἰῶνι τῷ τῆς ἐκτίσεως, ὅταν ἑκάστου τὸ ἔργον ὁποῖόν ἐστι δοκιμάσῃ τὸ πῦρ, ἀνοητότατός τε καὶ ἀθλιώτατος. παραπλησίως καὶ ὁ τὴν τῶν ἀνθρώπων ἀπάτην ὑπὲρ τὴν τοῦ θεοῦ δόξαν ἠγαπηκώς. καὶ οὗτος γὰρ ὄντως τετύφλωται, καὶ σκιᾶς ἐπειλημμένος ἢ νηὸς ἴχνους ἐν ὕδασιν οἴεταί τι ἔχειν οὐδέν. ἐπείτοιγε εἰ φιλόδοξῇ, ζητείτω δόξαν τὴν ἀληθῆ τε καὶ μένουσαν, μὴ τὴν ψευδομένην καὶ παραρρέουσαν, ἀνθρώποις προσκείμενος καὶ θεῷ ἀφιστάμενος. ὁ γὰρ ἀνθρώποις σπεύδων ἀρέσκειν οὐκ ἔστι δοῦλος Χριστοῦ, καὶ οἷς πάντες ἄνθρωποι λέγουσι καλῶς, τούτοις ὁ ἀληθὴς λόγος ἀποκληροῖ τὸ οὐαί, κἂν οὐχ οἱ πολλοὶ τῆς ἴσης γνώμης ἡμῖν. ἀλλὰ μήτ' ἐν πονηρευομένοις παραζηλοῦν διδασκόμεθα, μήτε τοὺς τὴν ἀνομίαν ποιοῦντας ζηλοῦν, κἂν οὗτοι πατέρες εἶεν, ἀφιέναι προσῆκον αὐτοὺς καὶ ἀκολουθεῖν ὀπίσω Χριστοῦ, τῶν ἰχνῶν αὐτοῦ δεδράχθαι, τῶν αὐτοῦ δικαιωμάτων ἐξέχεσθαι· μὴ οὕτως γάρ τις ποιῶν ἄξιος οὐκ ἔστι Χριστοῦ. τοῖς τοιούτοις ἐπειγόμενοι λογισμοῖς ἀπελαύνομεν παραυτίκα τῶν θείων σηκῶν τὴν ἀνόσιον, οὔτε τὸν ἅγιον ἄρτον τῇ ἀναιδεῖ καὶ ἀκαθάρτῳ δοῦναι τολμήσαντες, οὔτε μὴν ἔμπροσθεν τῆς καλινδουμένης τῷ τῆς μοιχείας βορβόρῳ τοὺς λαμπροὺς βαλεῖν καὶ μαργαρώδεις λόγους τῆς ἱερᾶς τελετῆς. ὅθεν ἐν κυρίῳ καρτεροῦμεν τὰ ἐπερχόμενα. cuius sententia per me in Latinum conversa edita est a doctissimo Odorico Raynaldo Annalium tomo 14. hic Spondanus anno 1255 num. 16 mira oscitantia Nicephorum a Blemmyda dividit: *cum pellex eius quaedam, quae maiori pompa quam ipsa Augusta incedere consueverat, ab ingressu templi Blemmydae prohibita ab eius abbate Nicephoro magnae virtutis atque auctoritatis viro* etc. sane hic abbas Nicephorus a Blemmyda deiectus non est. ALL.

p. 111 v. 19. φημισθεὶς αὐτοκράτωρ] quamvis enim imperium iure haereditario ad Theodorum Lascarim veniret, quia

is a patre vivente non appellatus fuerat imperator, eo defuncto communi totius exercitus consensu ac nobilium omnium ac procerum concursu imperator salutatur: constabat enim Ioannem nemini omnium nisi filio imperium relinquere voluisse, quod et pius esset in liberos et nemini alteri id destinaret. quare autem filium vivens nullo modo designare voluerit, pluribus prosequitur Gregoras lib. 3, qui subdit: *ἀνηγορεύετο δ' ὕστερον παρ' ἑκόντων τῶν ὑπηκόων ἁπάντων καθεσθεὶς ἐπ' ἀσπίδος κατὰ τὸ ἐν τούτοις ἐπικρατοῦν ἔθος.* All.

p. 112 v. 7. *ἐχήρευε τοῦ πατριαρχοῦντος*] Gregoras p. 55 3. All.

ib. v. 11. *πολλοῖς ἐπὶ τῷ Βλεμμύδῃ*] Gregoras p. 55 7. Acropolita Manuelem vocat patriarcham demortuum, Gregoras Germanum: sed de his nos alibi egimus. All.

p. 113 v. 7. *μοναχόν τινα*] Gregoras p. 55 13. All.

ib. v. 13. *ἐν μιᾷ ἑβδομάδι*] huius ordinationem per hebdomadam absolutam, uti non ita usitatam in ea ecclesia, narrat Acropolita, de qua nos egimus in tractatu de ordinationibus Graecorum. All.

p. 114 v. 4. *ἐξορμήσας*] Gregoras lib. 3 p. 55 23. All.

ib. not. v. 6. *μνίκα*] ita contracte *καὶ ἐπικεχυμένως* scriptum in manu exarato codice, quod in versione resolvendum putavi in *Μελένικον*, *Melenicum*. de quo dubitari non oportet. est autem *Μελένικος* civitas non longe a Thessalonica. Georgius Cedrenus in Basilio Bulgaroctono, qui circa annum 1010 imperavit, dicit imperatorem *ἐλθεῖν εἰς τὰ Ζαγόρια, ἔνθα τὸ λίαν ὀχυρώτατον ἵδρυται φρούριον ὁ Μελένικος*, *venisse ad Zagoria, ubi in longe munitissimum castellum nomine Melenicum confugerint Bulgari, in saxo situm ac praecipitiis ac vallibus altissimis undique cinctum.* *Ζαγορὰ ἡ Μυσία Mysia,* ubi Haemus mons, ut est apud Nicetam. Dousa.

p. 130 v. 2. *Βατκούνιον*] Nicetas *Βακτούνιον* scribit. Dousa.

ib. not. v. 4. *πρωτοσέβαστον καὶ πρωτοβεστιάριον*] de his dignitatibus consulendum esse Glossarium Meursii supra monuimus. Dousa.

ib. not. v. 5. *μέγαν στρατοπεδάρχην*] quantae dignitatis fuerit *magnus stratopedarcha,* ostendit idem Meursius in exactissimo opere. item quis *magnus domesticus* et *protostrator,* quae officii nomina mox subsequuntur, nullibi melius quam ibi disces. Dousa.

ib. not. v. 6. *πρωτοβεστιαρίτην*] differebant dignitate et munere *ὁ πρωτοβεστιάριος* et *ὁ πρωτοβεστιαρίτης*. clarum, ecce, ex hoc loco, et annotatum iam ante ex Codino V. C. Iohanni Meursio. vide Glossarium in *βεστιάριον.* Dousa.

p. 131 v. 21. *πολλὴν συλλεξάμενος στρατιάν*] Gregoras lib. 3 p. 56 9. All.

p. 132 v. 6. *τὸν Περσάρχην*] Gregoras p. 56 4 ait foedus cum Turcis, quod pater percusserat, renovasse. ALL.

p. 133 v. 12. *καὶ ἦσαν ὅπλοις κατάφρακτοι, οἱ δὲ Σκύθαι κοῦφοι ὁπλῖται*] Romanos milites induxit etiam supra gravi armatura munitos et propterea inhabiles, contra Scythas levibus armis expeditos succinctosque, ubi Balduinum a Scythico equitatu circumventum captumque scribit. Herodianus lib. 7, in expeditione quadam Maximini adversus Germanos, hoc eodem pene eum militiae genere usum tradit: *μάλιστα δὲ οἱ ἀκοντισταὶ καὶ οἱ τοξόται πρὸς τὰς Γερμανῶν μάχας ἐπιτήδειοι δοκοῦσιν, ἐπιτρέχοντές τε αὐτοῖς κούφως οὐ προσδοκῶσι καὶ ἀναχωροῦντες ῥᾳδίως: caeterum iaculatores sagittariique gerendo adversus Germanos bello magnopere idonei videntur, siquidem expediti hostem opprimunt incautum, facileque rursus in tutum se recipiunt.* iaculatores hos domo Mauros Osrhoenos Armeniosque et Parthos fuisse, ibidem auctor innuit. eodem militiae seu malitiae genere Balduinus imperator a Scythico equitatu circumventus oppressusque videtur. DOUSA.

p. 134 v. 1. *ἐμεμαθήκεσαν γὰρ*] Gregoras p. 56 13. ALL.

ib. v. 8. *ὁ μὲν τῶν Βουλγάρων*] Gregoras p. 56 16. ALL.

p. 135 v. 22. *πόλιν κινουμένην*] et ante Theodorum Anna Comnena Alexiad. lib. 13: *καὶ ἦν φοβερὸν θέαμα ἐκεῖνο τὸ σύνταγμα καθάπερ τι πόλεως τεῖχος ἀλλήλοις συνηρμοσμένοι.* lib. 15: *καὶ εἶπες ἂν ἰδὼν πόλιν τινὰ ἔμψυχον πεπυργωμένην πορεύεσθαι κατὰ τὴν εἰρημένην ἐκείνην κινουμένην σύνταξιν.* ALL.

p. 141 v. 5. *ὁ Σεπτέμβριος ἐφεστήκει μήν*] Gregoras p. 57 8. ALL.

p. 142 v. 21. *ὁ Μιχαὴλ ὁ Κομνηνὸς*] Gregoras p. 57 19. ALL.

ib. v. 22. *ὁ μέγας Κονόσταλος*] *magnus comes stabuli. Κόντος* (Italorum *conto*, et *conte* Gallorum) *comes*, *σταῦλον* et *σταῦλος* sive *στάβλος* Graeco-Barbaris *stabulum*. est igitur *Κοντοσταῦλος* sive *Κονοσταῦλος* (ita melius quam *Κονόσταλος*) qui Italis *contostabile*, Gallis *connestable*. *ὁ μέγας Κονοσταῦλος* non postrema dignitas in Palatio Graeco fuit. consule Meursium in Glossario. DOUSA.

p. 143 v. 3. *ἐταράχθη*] Gregoras p. 57 23. ALL.

ib. v. 13. *ὅτι περ*] Gregoras p. 57 24. nec diversa sunt quae Phranza commemorat. ALL.

ib. v. 16. *ταῦτα ἐκεῖνος ἐμάνθανε*] Pachymeres lib. 1 c. 9. ALL.

p. 146 v. 5. *τοῦτον ἐδέξατο*] Gregoras lib. 3 p. 58 15. Pachymerius p. 25 18. ALL.

ib. v. 20. *τὸν Κομνηνὸν εἰς ἡγεμόνα*] Gregoras p. 58 19. ex Gregora sua habuit Phranza lib. 1 c. 2. ALL.

p. 147 v. 8. *ἀνὴρ δέ τις*] Gregoras p. 59 3. ALL.

p. 147 v. 9. *Ἀμήρας*] apud Cedrenum Nicetam Zonaram aliosque Graecos eius notae scriptores *Ἀμήρας* saepissime occurrit. etiam apud Latinos. ex iis unum solummodo producam, quia res tanti non est. Sigebertus Gemblacensis ad annum 647: *Persa quidam simulans se velle adorare Haumar amiram Saracenorum, infixo in ventrem eius gladio peremit eum.* item ad annum 766: *Constantinus imperator et Habdallas amiras pari vaesania in orthodoxos desaeviunt.* est autem *amira* Arabico vocabulo praefectus *imperium obtinens.* hinc *amiravisus* sive *amiravissus* apud scriptores expeditionum Hierosolymitanarum. apud quos, ut et in vita Sancti Ludovici, *admiratus* invenies, apud alios *ammuratus,* item *almuratus* et *amiraeus.* in Ottone Frisingensi est *admiraldus* ad annum 1101: *ab Alexio Memphaeorum regi seu admiraldo praesentati.* aliique recentiores *ameras* pro Turcico imperatore usurpant. et arabum principibus *amerae* appellationem prae caeteris semper arrisisse docti annotarunt. hinc et apud plerosque Europaeos *amiral* pro thalassiarcho seu praefecto maris. vide viri magni notas in Curopalatem, et Meursii Glossarium in *ἀμηρᾶς, ἀμηραῖς, ἀμηράλιος* et *ἀμηραδία.* Dousa.

ib. v. 18. *Πελάρπακις* est *Beglerbegus* apud Turcas (quos hic Persas vocat Logotheta), dignitatis nomen satis notum. *Beglerbegi* significat *ἄρχοντες ἀρχόντων, domini dominorum;* et ipsi *Bassae* appellati. in ms Chronico Cpolitano apud Meursium *Μπεγλερμπεῖς* scribitur; et saepe ibi occurrit. vide Glossarium. praetor Graeciae historicus, Leunclavio saepius laudatus, *Πεκλάρπακις* scribit, et dicit *Beglerbegorum officium respondere dignitati vel officio maximi stratopedarchae* (idem hic innuit Logotheta), quem nunc *Generalem campi* vocare solemus. vide incomparabilis viri Pandecten Histor. Turc. cap. 14, ubi et *emires* exponit. Dousa.

p. 148 v. 16. *ὁ τατᾶς τῆς αὐλῆς* nomen dignitatis in aula Cpolitana, cuius meminit Codinus, de vestimentis eius et ornatu. sed nullum munus suo tempore fuisse scribit. non satis liquet an huius Tatae mentio fiat in depravata veteri inscriptione Graeca, quam haec nobis meditantibus suggessit multiiugae lectionis vir mihique amicissimus Petrus Scriverius: *ΕΤΕΙΜΗΣΑΝ. ΤΑΤΑ. Ν. ΟΙ. ΓΟΝΕΙΕ. ΒΑΤΑΚΗΣ. ΚΑΙ ΑΠΟΦΗ. Κ-ΓΥΝΒΑΒΕΙΣ. ΜΝΗΜΗΣ ΧΑΡΙΝ.* extat in *Caraler* in Galatia, producitque ex schedis Busbequianis V. C. et de republica litteraria optime meritus Ianus Gruterus, Inscription. p. 1128 2. Dousa.

p. 149 v. 18. *κατὰ ταῦτα δὲ καὶ τὰ τοῦ Δυρραχίου*] cf. Anna Comnena Alexiad. lib. 12 et 13. All.

p. 150 v. 16. *τοὐντεῦθεν εἰς ἀποστασίαν*] Gregoras lib. 3 p. 56 2 ieiune admodum. fusius Pachymerius lib. 1 c. 30. All.

p. 154 v. 6. *ὁ δὲ Κομνηνὸς*] Gregoras p. 56 10. ex Gre-

gora sua hausit Phranza lib. 1 c. 2. cf. Pachymeres lib. 1 c. 9 p. 25 21. All.

p. 154 v. 14. τοὺς αὐτῷ καὶ στράτευμα] Pachymeres lib. 1 c. 10 p. 26 9. All.

ib. v. 19. Ἀξιόν, non Ἀξειὸν neque Ναξειὸν scribendum nota ex Ioannis Tzetzes Chil. 10 v. 186. All.

ib. Ναξειὸν ὀνομάζουσι] certa est et liquida emendatio nostri Meursii, qui legendum monuit Ἀξειόν. nam veteribus Bardarius fluvius Ἀξιός dicebatur. testis Zonaras Annal. tom. 3 in Basilio Porphyrogenito. de Axio fluvio Nicetas lib. 3 de rebus gestis Isaacii Angeli, et multa Nicephorus Gregoras lib. 8. hunc Iohannes Tzetzes, ut est apud Ortelium in Thesauro Geographico, *Bardare*, Sophianus *Vardati* vocat. corrigendus in hac re insignis Theophylacti locus in Epist.: θάτερον δὲ τὸ τοῦ γείτονος ποταμοῦ, ὃν ἡ παλαιὰ μὲν καὶ Ἑλληνὶς Ἀξιόν, ἡ νέα δὲ καὶ βάρβαρος ὀνομάζει Βαρδάριον. perperam in ms ὀνομάζει Βαραουάριον. quod observatum quoque sagacissimo Meursio. vide Glossarium in Βαρδαριῶται. Dousa.

p. 155 v. 9. ὁ δὲ Σκούτερις] quid? an *Scuteris* hic nomen proprium, an scribendum Σκουτέρης; Σκουτέρης sive Σκουτέριος officii nomen. ferebat scutum ac labarum imperatoris, Codino teste. quem vide, ut et Meursii Glossarium in hac voce et in διβέλλιον. marchionis dignitatem habuisse docet Gregoras lib. 7. meminit cuiusdam *Glabae Scuterii* Cantacuzenus lib. 3 cap. 69. Dousa.

p. 156 v. 10. Θεόδωρος] Pachymeres p. 26 20 vocat Manuelem. All.

p. 162 v. 7. ἐπεὶ δὲ ἐναπελείφθη] Gregoras p. 60 12. All.

ib. v. 10. ἵνα δὲ καὶ εὐπρόσωπος] Gregoras p. 61 2. et nota, quam Acropolita imperatoris filiam vocat Irenem Constantino Toecho nuptam, a Gregora vocari, non sine memoriae lapsu, Theodoram; quod etiam infra inculcat p. 63 6. namque Theodora, quemadmodum et Eudocia, innuptae remanserant. nota etiam Pachymerium Histor. lib. 1 p. 35 22 tres tantum illi filias tribuisse. All.

ib. v. 22. νόσῳ] Gregoras p. 61 18. morbi illius naturam exprimit Pachymerius lib. 1. All.

p. 163 v. 2. κατὰ σκέλη τεσθεὶς] dedi manuscripti codicis scripturam. lege κατασκελετισθείς, et infra τοῦτο συμπεριπλέκων. huius loci emendatio debetur elegantissimo et ingeniosissimo Heinsio nostro. Dousa.

ib. v. 3. τὸ μοναδικὸν] paulo ante obitum, ut scribit Gregoras p. 61 22. nec dissentit Phranza lib. 1 cap. 3, ut alii viri principes et imperatores, et ex vulgo quicunque in ea natione pietatem cultumque divinum colere videri volunt, imminente morte facere suevere. paulum enim antequam vita excedant,

quare vero id agant, fuse alibi diximus, monachorum habitum induunt. nugantur itaque Theodorus Monembasiensis et eius stolidissimus exscriptor Matthaeus Cigala, qui aiunt eum in Sosandrorum monasterio monachum factum pie admodum vixisse tandemque mortem obiisse: *καὶ βασιλεύει ὁ υἱὸς αὐτοῦ Θεόδωρος χρόνους δ΄. καὶ εἶδε τὸν κόσμον καὶ τὰ τοῦ κόσμου, ὅτι εἶναι μάταια, καὶ ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ εἶναι αἰώνιος. ἄφησε τὴν βασιλείαν καὶ ὑπῆγεν εἰς τὴν μονὴν τῶν Σωσάνδρων, καὶ ἔγινε καλόγηρος, καὶ εὐαρέστησε τῷ θεῷ διὰ τῆς ταπεινώσεως. καὶ ἐκεῖ ἀπέθανεν.* ALL.

ib. v. 5. *ἐξομολόγησιν ἐπεποιήκει*] Gregoras brevius p. 61 24. ALL.

ib. v. 6. *τὴν εὐαγγελικὴν μιμησάμενος πόρνην*] Lucas evangelista cap. 7 v. 37: *καὶ ἰδού, γυνὴ ἐν τῇ πόλει ἥτις ἦν ἁμαρτωλὸς* etc., *peccatricem* appellans prostitutae pudicitiae mulierem. cuius resipiscentia in exemplum passim adducitur. haec *γυνὴ ἁμαρτωλὸς* est Maria Magdalene, soror Lazari. vide Caesaris Baronii Annal. Ecclesiast. ad annum Christi 32 n. 16 et seqq. DOUSA.

ib. v. 13. *ἐκεῖνος μὲν οὖν οὕτω βιώσας*] mores Theodori tanquam illi infensus tacet Acropolita. audiamus, si placet, ex Pachymere p. 36 6. ALL.

p. 164 v. 1. *τῇ τῶν Σωσάνδρων μονῇ*] monasterium hoc Sosandrorum Magnesiae deiparae virginis nomine ipse imp. Iohannes exstrui fecit, teste Gregora lib. 2 cap. 11; eundemque sepultum inibi dicit cap. ult. eiusdem libri. DOUSA.

ib. v. 15. Acropolita octo annos nondum absolutos, Gregoras sex annos natum refert p. 62 22. Phranza Gregoram sequitur. Pachymerius lib. 1 p. 35 23 novennem facit. hinc erroris arguitur Flavius Blondus, qui duos Theodoro filios dat, eorumque tutorem Michaelem Palaeologum ab eodem constitutum refert, lib. 8 Decad. 2 Hist. *et forte tunc accidit Theodorum Vattari* (Batatzium vel Bataccium vel Vatacium dicere debuit) *Graecorum, ut appellabant, imperatorem mori, duobus filiis superstitibus, quibus pueris Michaelem Palaeologum sibi affinitate coniunctum testamento dederat tutorem.* et infra: *Michael Palaeologus tutor crudelissimus pueros fidei suae sub affini nomine ab eo, qui eum extulerat, commendatos, cum interfecisset, imperium assumpsit.* in his postremis verbis alius Flavii error prehenditur: Michael enim filium unicum Theodori Ioannem excaecatum occlusumque in Nicetiatorum castro custodiisque circummoenitum magna diligentia asservavit. Pachymerius lib. 3 p. 191 11. vide de hoc eodem Ioanne occaecato Gregoram lib. 4, Phranz. lib. 1 c. 5, et alios. immo Ioannes hic Theodori filius, qui interfectus a Michaele asseritur, post Michaelem ipsum superfuit; eumque post Michaelis obitum Andronicus F. imperans sua

praesentia honoravit, beneficiis ac muneribus cumulavit, pro paterno scelere exoravit, et veniam impetravit. Pachym. de Andron. Michaelis F. p. 103 16. Blondum sequitur Sabellicus Ennead. 9 lib. 6: *reliquerat Theodorus Michaelem cognomento Palaeologum filiis tutorem, fecitque ea res fidem Balduino et Venetis futurae pacis, si tutoris nomine contentus esset Palaeologus. sed homo vehementi spiritu multaque prudentia non solum Balduini opes fregit, sed evertit etiam funditus.* All.

p. 165 v. 1. *Μουζάλωνι Γεωργίῳ*] erat is non claro genere ortus, sed ob cognitionem rerum et ad omnia aptitudinem atque morum urbanitatem a puero in aulam imperatoriam ascitus, ut cum multis aliis aequalibus Theodoro imperatori collusor esset; qui ita se ad mores illius accommodavit, ut unus illi esset omnia faciens dicensque quidquid imperatori gratum erat. amor eorum crescente aetate concrevit adeo, ut apud eum iam imperatorem principem et auctoritatis et gratiae locum obtineret, solertissimus coniector, quod illi placeret, dexter negotiorum administrator et fidus arcanorum particeps; quas ob res celeriter protovestiarii dignitate ornatus uxorem ex imperatoria familia duxit. ex Gregora. vide etiam Pachymerium historiarum libro primo. quibus notabis monstrum et ἀνιστορησίαν Sabellici Ennead. 9 lib. 6: *sunt qui Gregorium Imisolum tutorem a Theodoro relictum scribant, quem sacris operantem Palaeologus interfecerat, recepta ad se puerorum tutela, quos pari iniuria ac nescio an maiore etiam sustulit.* Georgius in *Gregorium* evasit, Muzalon in *Imisolum*, obtruncatus ab exercitu et populo in *interfectum a Palaeologo*, puer unicus in *pueros*, obcaecatus in *sublatum*. quid de reliquis expectandum est? All.

ib. v. 2. *τούτου γὰρ ἡ διαθήκη ἐποίει*] Gregoras p. 62 19 Georgio addit secundum curatorem Arsenium patriarcham, quem tacuit Acropolita. neque diversus est Phranza. All.

ib. v. 6. *καὶ ὅρκοι*] Gregoras p. 63 10. All.

ib. *οὔπω τριταῖος*] Gregoras Pachymerius et Phranza tradunt fuisse perpetratum die nono, et forte omnes vera nuntiant. neque enim statim atque moritur imperator, sepulturae traditur. quare sex primis diebus funus illius curatum est, elatum, propositum populo, terrae tandem traditum, nono vero die ab illius obitu, tertio ab illius sepultura, Muzalones obtruncarunt. All.

ib. v. 8. *συνδραμόντες πάντες*] solemnitas exequiarum et frequens omnium concursus non merebatur tam indignum spectaculum. convenerant enim in templum patriarcha cum clero universo, matronae, omnes nobiles, ut de more lugerent et memoriam imperatoris celebrarent. aderant omnes principes, plebeii quoque non deerant, confluxerat omnis exercitus, non eadem omnes sententia, alii luctum praeferentes, alii necem spirantes,

et quod sane atrocius est, dum hymni concinerentur, vel ut Acropolita dicit, dum sacrosanctae missae sacrificium offerretur et cultus divinus perageretur. Gregoras p. 65 23. similia sunt quae narrat Phranza. All.

p. 165 v. 10. οἱ πρὸς τοῦ βασιλέως κεκακωμένοι] Pachym. p. 23 16, 24 6, 64 17, 65 7. All.

ib. v. 24. καὶ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ αὐτοβοεὶ] Gregoras p. 66 1. scriba hic ob similitudinem obtruncatus, ut id quoque obiter advertam, Theophylactus nuncupabatur, eratque affinis Georgii Pachymerii historici. audiamus ab ipso libro primo p. 59 12. All.

p. 166 v. 7. πρὸς ὁρκωμοσίας ἑτέρας] certe si usquam alias, hoc certe aevi Graecis hisce iusiurandum ludus est, et iurare saepius peierare fuerit, iurarunt siquidem proceres conceptis verbis ex sententia imperatoris, antequam ille moreretur, se omnia ad amussim servaturos quae ille in testamento praescripserat; deinde statim post eius obitum peierant. nam cum se cognosceret ob rerum novitatem proceribus invisum Muzalon, qui dignitatis illius fastigium aegre ferebant, cum multi essent ad quos simul et tutela pueri et imperii administratio magis pertineret, convocatis omnibus in curiam submisse eis collocutus, haud obstare subintulit se tum imperii administratione tum tutela pueri cessurum. proceres simul velut ex composito id recusarunt, iusque iurandum priore sanctius datur tum a nobilibus tum a plebe militari; sibique et familiae suae quilibet exitium imprecantur, ni quod iurassent sancte servassent, ac Muzalonis tutelam, imperatoris vero filio imperium insidiarum expers et inviolatum ad omnem posteritatem tuerentur. cum deinceps exercitus in ecclesiam rueret et timore percitus Muzalo elabi conaretur, iidem omnes simul, ne ille egrediens templo saluti suae provideret, denuo iusiurandum adiecerunt, velle se omnia tuta quae imperator praeceperat, et cordi sibi esse aeque ac propriam Muzalonis vitam. hinc non semel sed saepius se religione obstrinxerant: et tamen cum res ipsa cogeret, sive vindictae studio sive odio sive neglectu, utinam non impulsu et adhortationibus iura divina atque humana violantes, necibus Muzalonum manus dedere. vide quae de his sacramentis et execrationibus praeter Acropolitam referunt Gregoras Phranza et Pachymerius. All.

ib. v. 17. τοῦ ἱεροῦ βήματος] quid fuerit βῆμα, vide Glossarium Meursii in πρόθεσις. Dousa.

ib. τοῦ ἱεροῦ βήματος] Gregoras lib. 3 p. 65 19. paria sunt quae nobis dat Phranza: sed huiusce rei tragoediam multo melius ac fusius prosequitur Pachymerius lib. 1 p. 55 1. All.

ib. v. 20. τοιοῦτον γὰρ τὸν θυμὸν] causas tanti odii recenset Pachymerius lib. 1 p. 54 7. All.

p. 167 v. 3. trucidatis iam Muzalonibus, et inepto ad imperandum Ioanne immatura adhuc aetate, quaeritur ab omnibus

qui imperium regat, nutantem principatum sustentet, nec oneri cedat; nec aptior indicatur Michaele Palaeologo. vide Gregoram et Phranzam. Pachymerius quoque hisce fusius rem prosequitur. All.

p. 167 v. 6. οὐ γὰρ προσῆκον] de his omnibus vide Gregoram lib. 3, et qui Gregoram exscribit, Phranzam lib. 1 c. 3. All.

ib. v. 9. ὁλκάδα] navis optime confertur cum re publica seu imperio, gubernator cum principe, curae turbae negotia seditiones tempora dubia cum marinis fluctibus, cives cum vectoribus. Theophylactus Simocatta Mauric. hist. lib. 1 c. 1: χαλίνου λόγῳ τὴν ἐξουσίαν, φιλοσοφίᾳ τὸ κράτος οἰάκιζε. Cicero Epist. ad Q. Cornificium: *quamobrem, mi Quinte, conscende nobiscum et quidem ad puppim. una navis est iam bonorum omnium, quam quidem nos damus operam ut tutam teneamus: utinam prospero cursu. sed quocunque venti erunt, ars nostra certa non deerit.* et in Sextiana: *navis rei publicae fluitans in alto tempestatibus seditionum et discordiarum.* et in Pisonem: *qui maximis turbinibus ac fluctibus rei publicae navim gubernassem.* Choricius Sophista oratione peracta in Procopium Gazaeum: ὅμως ἀπῆλθεν ὁ Δημοσθένης, καὶ προσέτι βιαίῳ θανάτῳ, καὶ τὴν Ἀθηναίων τύχην σαλευομένην καταλιπὼν δίκην νεὼς περικλυζομένης ἀνέμων τε βίᾳ καὶ συγχύσει κυμάτων. ὁ δὲ τὴν ἐνεγκοῦσαν ἀφῆκεν εἰς ἀσφαλῆ τε καὶ μέγαν ὁρμιζομένην λιμένα τὸν ἱερέα. sed omnium optime atque elegantissime turbas ac seditiones rei publicae expressit Alcaeus: τὸ μὲν γὰρ ἔνθεν κῦμα κυλίνδεται, τὸ δ' ἔνθεν. ἄμμες δ' ἂν τὸ μέσσον ναῒ φορήμεθα σὺν μελαίνᾳ χειμῶνι μοχθεῦντες μεγάλῳ κάλων. πὲρ μὲν γὰρ ἄντλος ἱστοπέδαν ἔχει, λαῖφος δὲ πᾶν ζάδηλον ἤδη, καὶ λακίδες μεγάλαι κατ' αὐτό. χαλᾶσι δ' ἄγκυραι. (Alcaei fragmentum dedi ab Hermanno Elem. doctr. metr. p. 688). All.

p. 168 v. 11. ξυμπάντων δὲ οἱ ὀφθαλμοὶ] Gregoras p. 70 16. artes etiam ipsius ad occupandum imperium (neque enim soli aliorum lubentiae rem commisisset) fusius exprimit Pachymerius lib. 1. All.

p. 169 v. 15. καὶ πρῶτα μὲν] Gregoras p. 71 2. ex Gregora sua descripsit Phranza. Pachymerius nihilominus primum eum ad magni ducae officium evectum tradit lib. 1 p. 67 16. quomodo postea ex magno duca despotae dignitatem induerit, et tum adversorum tum favorabilium procerum sententias et concertationes in pleno senatu, ubi intervenerat et patriarcha et clerus, fusissime prosequitur Pachymerius lib. 1 c. 29. All.

ib. v. 16. μικρόν τι πάνυ] Gregoras p. 78 1. similia habent Phranza c. 4, Pachymerius p. 97 2. All.

p. 170 v. 6. ἔνθα παρὰ τοῦ πατριάρχου] Acropolita plurima in hoc negotio silentio praetermittit, ne invidiam suo conflet Pa-

laeologo. ea tamen ex aliis subministrantur, Gregora p. 78 3. nec diversa sunt quae scribit Phranza. ALL.

p. 170 v. 9. ὁ Καρυανίτης] Pachymerius p. 63 7. reliquos, si sibi adversari poterant vel suis conatibus impedimento esse, ut de medio tulerit, habeto tibi ex Pachymere p. 80 11. ALL.

p. 172 v. 7. ἐκ σκοτομήνης βαθείας] Pachymerius p. 97 16. ALL.

ib. v. 12. οἱ μὲν γὰρ ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει Λατῖνοι] Pachymerius p. 106 8. ALL.

ib. not. v. 5. χρυσεψητεῖον sive χρυσοεψητεῖον fornax in qua aurum coquitur et conflatur. Suidas: χρυσοεψητεῖον, ἔνθα χωννεύουσι καὶ ἕψουσι τὸν χρυσόν. DOUSA.

p. 174 v. 3. τῶν κομερκίων] *commerciorum.* vox Latina tota κομέρκιον sive κομμέρκιον, *commercium.* vide Glossarium Meursii. DOUSA.

ib. v. 17. τῷ ῥηγὶ τῆς Σικελίας τῷ Μαφρέ] Gregoras lib. 3 p. 71 21. Pachymerius p. 82 21. ALL.

ib. v. 18. τῷ Πρίγγιπι] iterum pura puta vox Latina, Πρίγκιψ sive Πρίγγεψ *princeps.* τῶν Φράγγων ῥήξ *Francorum rex* etc. vide Meursii Glossarium. DOUSA.

p. 175 v. 21. κανικλείου] *caniclei* praefectura erat magna valde dignitas Cpoli. vide omnino Meursii Glossarium, et adhibe Cantacuzenum lib. 1 cap. 14 et lib. 4 cap. 40. DOUSA.

ib. v. 24. μείζονος κέρδους] Gregoras p. 72 3. ALL.

p. 176 v. 5. τὸν αὐτάδελφον] Gregoras p. 72 8. hinc colligitur Michaeli Palaeologo duos fuisse fratres, quamvis non ex eadem matre, Ioannem et Constantinum. Pachymerius: ὁ μέντοιγε μέγας κονοσταῦλος τοὺς ἀδελφοὺς ἐπιστήσας νέους ὄντας καὶ συνετούς, ὧν ἅτερος μὲν Ἰωάννης, ὁ δὲ δεύτερος μετ' ἐκεῖνον ὁ Κωνσταντῖνος ἐλέγοντο, ὀφφικίοις οὔπω σεμνυνομένους τὰς πρεπούσας ἑαυτῷ φυλακὰς καθίστη. ALL.

ib. v. 9. ὁ μὲν οὖν σεβαστοκράτωρ] plura de his vide apud Gregoram lib. 3 c. ult. ALL.

ib. v. 14. οἱ μὲν οὖν] hostes Graecis ipsis longe plures erant. hinc ad militares artes animus advertitur. nam Graeci propius hostem castris motis mittunt hominem idoneum, qui hostiles exercitus concitet et conturbet. is noctu veluti transfuga cum Michaele Aetoliae principe congreditur. nuntiat illi magnum periculum impendere. illius generos Achaiae et Peloponnesi principem et Siciliae regem clam per legatos pacem Graecis largitionibus obtulisse. si salus sua sibi curae esset, antequam illa concordia iniretur, sibi prospiceret. Michael paucis suorum re indicata ante solis ortum fugit, eumque alii atque alii sequuntur: ita Michaelis milites omnes in fugam se vertere. mane socii fuga Michaelis cognita, cum causam consequi non possent et valde imminutum suorum numerum cernerent, in fugam se ver-

tunt, se a Michaele proditos esse rati; quos ita turbatos aggressi Graeci maxima ex parte caedunt, caeteros paucis exceptis vivos capiunt, inter quos Peloponnesi et Achaiae princeps fuit. aliam huiusce victoriae causam narrat Pachymerius p. 84 6, principem scilicet et illius equitum proceres Ioannis filii Michaelis uxoris amore captos animoque obsequentes vim inferre pudicitiae illius in animo habuisse. res Ioanni displicet, et aerumnam gravem repellere minatur. equites ridere et verbis etiam lacessere non desinunt. sic Ioannes principem trahit ad pugnam; dum pugnatur inter eos, a Graecis victoria stetit. Siciliae rex cum paucis suorum clam effugit. Iacobus Pontanus not. in c. 4 lib. 1 Phranzae mirum in modum in his nominibus sese implicat. exsolvamus eum. *ubi asteriscum reposui, scriptum est in Graeco τὸν τῆς Σικελίας ῥῆγα Μαφρὲ Siciliae regem Manfredum. sequitur continenter καὶ τὸν τῆς Πελοποννήσου καὶ Ἀχαΐας πρίγκιπα et Peloponesi atque Achaiae principem.* Demendus est asteriscus, et verba ita ut iacent in textu reponenda, si veritatem historiae volumus. similia Gregorae verba supra posuimus cap. 79. sequitur Pontanus: *Manfredus Friderici secundi ex pellice filius et Siciliae rex, quomodo potuit esse gener despotae Epiri et a Michaele Palaeologo capi, quem Carolus Galliae rex in praelio interfecit, ut narrat Thomas Fazellus rerum Sicularum Decad.* 12 *lib.* 8, *equidem non video.* viderunt qui rem accuratius examinarunt. an ita arduum fuerit despotam Epiri Manfredo Siciliae regi et Peloponesi et Achaiae principi Gulielmo filias suas collocasse in matrimonium? et tamen collocavit, si Acropolitae Gregorae Phranzae fides adhibenda est, et sane adhiberi debet. adde etiam Pachymerio p. 82 21. en itaque quomodo Manfredus Siciliae rex et Peloponesi princeps generi Michaelis fuere. sed Manfredus interfectus fuit a Carolo. quid tum? non potuit antequam interficeretur, uxorem ducere et gener Michaelis esse? narret quidquid velit Fazellus, oculatis ipse testibus magis credo. addit Pontanus, omnino fugit ratio protovestiarium, et alium nominare voluit aut debuit. sed hoc probandum erat, et ratio pro protovestiario stat, nec alium nominare voluit aut debuit, si mentis non desipiebat. All.

p. 178 v. 2. ἑάλω] Pachymerius lib. 2 p. 106 16. All.

p. 179 v. 5. in equitum numero multum inter se distant Acropolita et Pachymerius. Acropolita non ultra quingentos agnoscit, Pachymerius ad tria milia extendit. All.

ib. v. 9. τὴν πᾶσαν αὐτοῦ στρατιὰν] Pachymerius τὸν δέ γε πρίγκιπα ὅλον εἶχε σὺν τοῖς στρατεύμασιν. All.

p. 181 v. 12. ἔωθεν δὲ] Gregoras p. 74 21. All.

ib. v. 16. ὁ μὲν οὖν νόθος υἱὸς] de hoc Ioanne Pachymerii verba supra adduximus. All.

ib. v. 18. ὁ δὲ πρίγκιψ Ἀχαΐας] quomodo postea occupata

Cpoli a Graecis dimissus fuerit, refert Pachymerius p. 86 15. Gregoras lib. 4 p. 79 22. tres tantum urbes recenset. ALL.

p. 184 v. 18. τὸν μὲν οὖν σεβαστοκράτορα] Gregoras p. 79 11. ALL.

p. 186 v. 4. ἀντίπεραν τοῦ βορείου] Gregoras p. 80 20. de hac re pluribus agit Pachymeres lib. 2 c. 19. ALL.

p. 187 v. 3. τὴν ἐξ ἔθους] Gregoras p. 81 12. ALL.

p. 188 v. 11. πανευφυέστατος] Gregoras Arsenium usu rerum et imperii administratione nec cum fossore quidem conferendum tradit p. 66 19. ALL.

ib. v. 22. ἀλλ' ὁ μὲν Σάρδεων, ὅτε ὁ βασιλεύς] hoc idem pluribus narrat Pachymeres lib. 2 c. 17. ALL.

p. 190 v. 7. παραγγελίας] Gregoras p. 83 8. ALL.

p. 191 v. 3. μποτεστας] vox mere Latina, *potestas*. dignitatis genus, Italicum *podesta*. sed et priscis Latinis nomen officii et magistratus. Iuvenalis Satyr. 10:

praetextam sumere mavis,
an Fidenarum Gabiorumque esse potestas?

Suetonius in Claudio: *atque etiam per provincias demandavit.* apud alios scriptores Graeco-barbaros dicitur ποτεστάτος. vide Glossarium Meursii. quod et ipsum non multo post auctor noster usurpat. DOUSA.

ib. v. 10. Δαφνουσίας] Gregoras p. 85 4. Daphnusiae meminit Nicephorus patriarcha Cpolitanus in Breviario historico (p. 44 A ed. Lupar.). in codicis antiquissimi margine, in quo erat Apoplus maris Euxini sine nomine auctoris, diversus ab eo qui est Arriani, adnotatum erat Ἀπολλωνία ἡ νῦν Δαφνουσία. ALL.

ib. v. 17. ἄνδρας τινὰς ἐξωρμημένους] Gregoras p. 84 15. rem distinctius narrat Pachymeres lib. 2 c. 27. Phranza aliter lib. 1 c. 4. vesane itaque nimis Sabellicus Rerum Venet. Decad. lib. 10 in fidem Graecorum oblatrat, quam sine aperto mendacio laedere non potuit, narrat siquidem quosdam Graecos, rerum praesentium pertaesos, cum Palaeologo per fidos nuntios egisse ut certa noctis hora cum quibus sibi videretur copiis adesset: fore ut in urbem receptus sine ulla caede rerum potiretur. Palaeologum occasionem minime negligentem silentio noctis cum expeditissimis copiis ad urbem accessisse, quas per accessa ab hostibus loca, ne quid illi praesentire possent, moenibus admotas, caesis portarum vigilibus proditores in urbem sine alia maiore caede acceperunt. Balduinum et Pantaleonem Iustinianum antistitem ad primum captae urbis tumultum excitos, cum necessariis pretiosissimisque rebus, quas nocturna illa trepidatione exportare potuerunt, ad Euripum se trepide recepisse, ubi navem ingressos continua navigatione in Euboeam esse delatos. et illi concors Blondus Flavius lib. 8 Decad. 2: *inita itaque coniura-*

tione Palaeologus de recipienda urbe per idoneos est admonitus. classe igitur imperatoria, quae omnes asportaverat Latinorum nervos in Pontico iam agente, adveniens exercitu Palaeologus, refracta a coniuratis porta, nocte concubia est admissus. Balduinus vero imperator et Pantaleo Iustinianus patriarcha, navigio derepente cum suis omnibus et rapta supellectile ad Euripum sese profugi receperunt. audiatur etiam denuo Sabellicus Ennead. 9 lib. 6: *sed dum ille,* Balduinus, *extremam vim formidat, domestica opprimitur, urbs vacua a paucis Palaeologo prodita est.* et *sunt qui dicunt eum abfuisse, quum hosti tradita est: sed sive affuit, cum hostis in urbem receptus est, sive in castris fuit, satis constat, Byzantium proditione amissum.* Alexius Strategopulus et non Michael Palaeologus Cpolim capit. quomodo enim qui Nicaeae et Peritheorii commorabatur, Cpolim capere potuit? et sane si per Graecos de recuperanda Cpoli fidem certam habuisset, gloriosam adeo provinciam non demandasset Alexio, sed ipse per se ad similem triumphum accessisset, ut fecerat anno superiori, quo verbis Aselis fretus exercitum in Galatam duxerat ad expugnandum illud oppidum, ut videbatur, re tamen vera, ut Byzantium occuparet, deceptus nihilominus promissis Aselis, re infecta, Nicaeam revertitur. adde eundem Michaelem non misisse Alexium ad occupandam Cpolim sed ad debellandum Michaelem defectorem, et cum prope Cpolim exercitus esset ducendus, dedisse in commissis Alexio non ut caperet, sed ut tantummodo pertentaret et Latinis timorem incuteret. Pachymeres lib. 2 p. 138 6. quomodo postea Alexius urbem ceperit, fuse narrant eorum temporum σύγχρονοι scriptores, Acropolita Pachymerius et forte Gregoras, quorum dicta praeponenda sunt Sabellici et Blondi somniis. Balduinum cum rebus necessariis et pretiosissimis fuga ad Euripum appulisse, credat quicunque eiusdem atque Sabellicus et Blondus felicis cerebri est. qui enim necessaria et pretiosissima deferre secum potuit, qui ornamenta imperii et dignitatis insignia et carissima quaeque hostibus praedam reliquit? ALL.

p. 191 v. 19. ὀπήν τινα] Gregoras p. 85 13. ALL.

ib. v. 21. εἰσῆλθε διὰ ταύτης] Gregoras p. 85 19. ALL.

ib. v. 23. κάμπους] G. Codinus in libello de rebus patriis Cpoleos, quem frater meus Georgius P. M. de Graeco in Latinum transtulit, cuius statim in principio notarum meminimus, hic in fine nobis ad explicationem huius loci prae caeteris advocandus est: ποιήσας (inquit) οὖν ὁ αὐτὸς βασιλεὺς (Theodosius Iunior) ἱκεσίαν καὶ λιτὴν εἰς τὸν κάμπον τοῦ τριβουναλίου μετὰ τοῦ πατριάρχου Πρόκλου. his adde Diaconum: *ut timentes Byzantii extra civitatem, in loco qui Campus dicitur, essent perseverantes,* et caetera, quae in notis ad Codinum eximiae eruditionis et diligentiae vir Iohannes Meursius annotavit. DOUSA.

p. 192 v. 7. οἱ δ' ἐντὸς τῷ αἰφνιδίῳ καταςεισθέντες] Pachym. p. 147 3. All.

ib. v. 12. Βαλδουῖνος] Pachymerius p. 144 11. All.

ib. v. 13. Ποτεστάτος] Pachymerius p. 162 17. All.

ib. v. 14. μηδέν τι τῶν γινομένων] Gregoras p. 86 13 dicit eodem die ad eos, qui Daphnusiam obsidebant, de capta Cpoli famam allatam. neo videtur dissentire Pachymerius p. 145 8. All.

ib. v. 21. πῦρ ταῖς οἰκίαις] Gregoras et Phranza statim in ipso ad urbem ingressu, antequam qui in Daphnusiam abierant reverterentur, Caesarem Byzantium incendisse narrant, Acropolita post reditum Latinorum ex insula Daphnusia. illi quattuor in locis urbem incensam, eamque flammis circumdatam; Acropolita ignem immissum in Latinorum aedes prope littus iacentes, quas Campos appellabant. idque factum consilio cuiusdam Ioannis, qui fuerat famulus Balduini, tradit Pachymerius p. 146 1. All.

ib. v. 24. ἐπεὶ δὲ εἶδον] Gregoras p. 86 13. All.

p. 193 v. 2. μιᾶς τριήρεως] Gregoras p. 86 10 scribit Balduinum cymba arrepta fuga salutem quaesiisse. All.

ib. v. 4. καὶ ταῦτα μὲν οὕτω ξυνέβη] Phranza: *tali modo urbs ampla illa et urbium imperatrix auxilio dei omnipotentis et Caesaris peritia solertiaque militari ab Italorum Latinorumve manibus vindicata, ad Romanos tandem post annorum novem et quinquaginta, mensium trium, dierum quattuor intervallum rediit.* cum Acropolita consentit Pachymerius: ἐν ὀκτὼ μόνοις πρὸς τοῖς πεντήκοντα ἔτεσι κατεχομένης τῆς πόλεως τοῖς ἐχθροῖς. All.

ib. v. 12. ἡ δὲ φήμη] Pachymerius lib. 2 c. 29. All.

p. 194 v. 1. τοῦτον μὲν ἔφη] Gregoras p. 86 21. et nota Gregoram hic dicere captam Cpolim a viris octingentis, cum supra dixisset eam captam a Caesare, cum ne milenarium quidem exercitum adduceret, nec ullas machinas ad deiiciendos muros paratas haberet. Pachymeres p. 151 16. brevius haec eadem Phranza. All.

ib. v. 19. νυκτὸς ἐπιούσης] Phranza: *sed postquam nuntius alter etiam cum litteris a Caesare ipso conscriptis supervenit, iis visis dubitationem a se amovit, deoque gratias egit, et patriarcha totoque senatu assentientibus propter victoriam adeo admirabilem et facta Caesaris ingentia, quibus Romanum imperium amplificasset.* Pachymeres p. 152 15 ait eodem die, qua capta est Cpolis, allatas etiam fuisse litteras Caesaris. All.

p. 195 v. 1. τὴν Κωνσταντίνου φθάσαι] Gregoras p. 87 11. Pachymerius lib. 2 c. 31. All.

ib. v. 9. τοῦ Βαλδουΐνου τοῦ τάχα] seriem imperatorum Latinorum in Byzantio disposuit Gregoras p. 85 ima. All.

p. 196 v. 13. *κατέλαβε γοῦν*] Pachymeres p. 160 4. All.

ib. v. 18. *τὴν εἰς Κωνσταντινούπολιν εἴσοδον*] belle admodum haec omnia Gregoras. All.

ib. v. 20. *ὁ τῆς Κυζίκου*] Pachymeres p. 160 16. All.

p. 197 v. 11. *τούτου τῆς θεομήτορος*] Pachymeres lib. 2 c. 31. Gregoras lib. 4 p. 87 14. idque ante Michaelem post Iustinianum et Heraclium primus omnium imperatorum egerat Ioannes Comnenus, si fides adhibenda est Ioanni Cinnamo Histor. lib. 1. All.

ib. v. 13. *περὶ τὸ τῆς σοφίας τοῦ θεοῦ ἀφίκετο τέμενος*] multa de hoc templo a Iustiniano extructo dixere Graeci et Latini, omnia tamen infra dignitatem: molimina enim omnium in dicendo opus superabat. ipse Michaelis Pselli facundissimi scriptoris in idem templum terrae motu quassatum disiectumque monodiam adhuc ineditam, dignam tamen quae legatur ab omnibus, dabimus, ut meus ms codex tineis exesus madoreque lacerus suppeditabit. non erit iniucundus labor inter lacrimas. *εἰς τὴν τῆς ἁγίας Σοφίας σύμπτωσιν. ἦν ἄρα καὶ συμφορὰ συμφορᾶς καὶ πάθος πάθους καὶ λύπη λύπης καὶ οἰμωγῆς οἰμωγὴ καὶ θρῆνος θρήνου μείζων τε καὶ ἀργαλεώτερος. καὶ τὰ μὲν ἄλλα τῶν παθημάτων, ὅσα καὶ μνῆμαι φέρουσι, πόλεων κατασκαφάς, ναῶν ἐρημώσεις, οἴκων ἐρειπώσεις, ἀγαλμάτων συμπτώσεις, * στάσεις, ἀπαγωγάς, αἰχμαλωσίας ἐγνώκαμέν τε καὶ οἴδαμεν. εἴδομεν ἃ οὐκ ἠλπίσαμεν οὐδὲ προσεδοκήσαμεν, οὐκ ἄν ποτε εἰς νοῦν ἀνετυπώσαμεν, καὶ οὗ μεῖζον κακὸν οὐκ ἦν ἰδεῖν * καὶ οὗ προαποθανεῖν πάντως ἂν ἠνέγκατό τις. τί τοῦτο; τὸν κόσμον ἡμῶν, τὸν οὐρανόν, τὸν ἥλιον, τὴν σκέπην καὶ καταφυγὴν ἡμῶν, τὴν ἐλπίδα, τὴν μόνην ψυχαγωγίαν, τὴν μόνην ἀντίληψιν, τὸ ἔρεισμα, τὸ ἱλαστήριον, τὸν περικαλλῆ νεών, τὸν ἀσύγκριτον οἶκον, ὃν ᾠκοδόμησεν ἡ Σοφία ἐπὶ τῷ ἑαυτῆς ὀνόματι, καὶ οὗ ὑπήρεισε τοὺς ἑπτὰ στύλους ἐκείνους, ὑπὲρ οὗ καὶ ἑαυτῆς ἔσφαξε θύματα καὶ τὸν κρατῆρα ἐκέρασεν. ὢ τοῦ πάθους, ὢ τῆς συμφορᾶς. ὢ τοῦ μεγέθους τῶν κακῶν, ὢ τῆς Ἰλιάδος. τίς οὐκ ἂν καὶ τὴν γλῶτταν ἐνδώκῃ ὥστε μὴ εἰπεῖν; τίς οὐκ ἂν καὶ ἑκὼν ἐμπνιγείη πρὶν ἐκλαλῆσαι; τοῦτον ἐκεῖνον ὃν ὁ θεὸς ἐξελέξατο, ᾧ ἐπεφοίτα, ᾧ μᾶλλον εἰπεῖν ἐνεδήμει, ᾧ ἠρέσκετο, ᾧ ἐπετέρπετο, εἰς ὃν ἀπέκειτο τὰ τιμιώτατα, τὸ μύρον, τὸ χρίσμα, τὸ βασιλικὸν λέγω καὶ ἱερατικόν. εἴπω τὸ παράδοξον, τὸ τοῦ θεοῦ σῶμα καὶ αἷμα; ἐν ᾧ ἐθύετο οὗτος. τίς εἰπεῖν τολμήσει τὸ γεγονός; τίς ἐνέγκῃ ψυχὴ προενεγκεῖν τὴν φωνήν; οὗτος ὁ διώνυμος, ὁ περίβλεπτος, ὁ ἄσυλος ἔπεσεν οἴμοι. ἔπεσε σεισμῷ κλονηθεὶς καὶ βρασμῷ γῆς τιναχθείς. καὶ ὁ ἐπιβλέπων ἐπὶ τὴν γῆν καὶ ποιῶν αὐτὴν τρέμειν οὐκ ηὐδόκησεν, οὐκ ᾐδέσθη ἄρα, οὐκ ἠλέησε πίπτοντα· πρὸς σὲ γὰρ ὁ λόγος, ναὸς τοῦ θεοῦ, καὶ χῶμα γενόμενον καὶ διαλυόμενον, καὶ πρὸς αὐτὸν πάλιν κονιορτὸν αἰρόμενον καὶ ἀναφερόμενον, οὐκ ἀπεστράφη, οὐ κατενύγη ἐπὶ σοὶ ὁ εὔσπλαγ-*

χνος. ἄθυτος διὰ τοῦτο ἔσται καὶ ἀκαλλιέρητος, καὶ διαμενεῖ ἀμελῴδητος καὶ ἄψαλτος καὶ ἀπροσφώνητος καὶ ἀπροσαύδητος, ἀνθ' ὧν οὐκ ἔπαθέ τι ἐπὶ τῇ συντριβῇ σου, ἀλλ' ἔθηκε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς στερεὰν πέτραν, ἵν' εἰδῇ καὶ αὐτός, εἰ καὶ νῦν ὡς ἔοικεν ἐπιλέληστai, ἵν' ἀνθρωπίνως εἴπω καὶ περιπαθῶς, ὡς ἄνθρωπός τε ἐγένετο καὶ τὰ σωματικὰ ἀνεδέξατο. ὑμεῖς δὲ οἱ υἱοὶ Σιὼν οἱ τίμιοι, οἱ λειτουργοὶ καὶ ἱερεῖς καὶ θύται τοῦ μεγάλου καὶ καινοῦ θύματος, καὶ εἴ τι ἕτερον ἐν διακόνοις καὶ ὑποδιακόνοις τοῖς αἴρουσι τὰ σκεύη καὶ καθαίρουσι καὶ μελουργοῖς καὶ μελῳδοῖς καὶ ψάλταις σύστημά τε καὶ πλήρωμα, οἳ ὡς Ἱερεμίας φησὶ τὰς ὑψώσεις τοῦ θεοῦ ἐν τῷ λάρυγγι περιφέροντες, ποῦ νῦν μετετέθητε; ποῦ νῦν ἀθροίζεσθε; πῶς ἐστράφη εἰς πένθος ἡ χαρὰ ὑμῶν; πῶς αἱ ἑορταὶ εἰς θρῆνον; οὐ καλὸν ἦν ὑμῖν καὶ ὅσιον, ὡς καὶ ἐμοὶ καὶ πᾶσιν ἔδοξε, προαποθανεῖν, ἢ συνθανεῖν τῷ συμπτώματι; ἐπεὶ δὲ ὁ θεὸς ζῆν ἡμῖν ἔδωκε καὶ ἐγκατάλειμμα ἡμᾶς ὑμῖν ἐγκατελέξατο, ζητῶ, ποῦ τὸ ἱερὸν ὑμῶν κάθηται νῦν ἢ ἵσταται σεμνολόγημα; ποῦ ἡ συνέλευσις; ποῦ ἡ συζήτησις τῶν γραφικῶν ῥητῶν; τί περὶ τῆς συμφορᾶς ἐκείνης φιλοσοφεῖτε, περὶ εὐδοκήσεως, περὶ παραχωρήσεως, * νομίας, περὶ τῶν ἀνεφίκτων ῥημάτων; εἴ τις ἐδόθη ὑμῖν ἢ ἀπεκαλύφθη λόγος, εἴπατε, καὶ μὴ ἐάσητε μόνῳ τῷ ἀποσπάσματι τοῦ ἱεροῦ προσανέχειν. οὐκ ἔστιν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ * ἄρχων καὶ προφήτης καὶ ἡγούμενος, οὐδὲ ὁλοκαύτωσις, οὐδὲ θυσία, οὐδὲ προσφορά, οὐδὲ θυμίαμα * πῶς τῷ καρπῶσαι ἐνώπιόν σου, καὶ εὑρεῖν ἔλεος. ἀλλ' ὑμεῖς μὲν καὶ σώζοισθε, καὶ ἴδοιτε τὴν νέαν Ἱερουσαλὴμ ἀναγομένην τε εἰς ὕψος καὶ ἀνακαινιζομένην, καὶ ταῖς εὐχαῖς συγκάμοιτε, καὶ δοξασθήσοισθε ἐν αὐτῇ, καὶ λαμπρυνθήσοισθε. σὺ δὲ ἥλιε καὶ σελήνη καὶ ἀστέρες, ὑμεῖς ποῦ ποτὲ ἄρτι φαίνεσθε; ποῦ νῦν αὐγάζετε; ποῦ τὰς ἀκτῖνας ἀνίσχοντες πέμπετε; ποῖος ὑμᾶς οἶκος ἀρτίως ἐκδέχεται ἢ ἀποδέχεται; τίνι ἀντιλάμπετε; ποίῳ ἔργῳ σεμνύνεσθε; τίς ἰδεῖν ὑμᾶς ἄνω βλέπων ἐθέλοι; τίς οὐχὶ μᾶλλον ἐν σκότει κύπτων διαπορεύεται καὶ φῶς ἀποστρέφεται; οὐκ ἔδει σε περιβαλέσθαι σκότος τὸ πένθιμον ἐκείνου τούτου ἤδη δεύτερον, ὦ φωστήρων ἄριστε καὶ μέγιστε ἥλιε; οὐχὶ σὲ πανσέληνε κωνοειδεῖ τινὶ σκιάσματι ὑποδραμεῖν καὶ ὑποκρυβῆναι ἢ ἐκλεῖψαι; ἀλλ' οὕτω παρείδετε τὸ γεγονὸς ὡς ἀγέννητον; καὶ ποῦ δοξασθήσεσθε; ἐγὼ γοῦν πολλάκις ὑμᾶς εἶδον ἐν τῷ σελασφόρῳ ἐκείνῳ ναῷ, καὶ ἰδὼν ἐθαύμασα, καὶ τὴν αἰτίαν ἠρεύνησα δι' ἣν τοῦτο ὑπέστητε, καὶ τὸ τοῦ νῦν κάλλος ναοῦ αἴτιον ἔμαθον τῆς διατριβῆς ἐκείνης. καίτοι δυσέρωτας ὑμᾶς ᾤμην εἶναι καὶ ἀνέρωτας. ποτὲ δὲ καὶ δι' ὅλης ἡμέρας ἐφάνης, ἥλιε, συμφιλοχωρῶν ἐκεῖσε καὶ στρεφόμενος καὶ λάμπων, καὶ ἑκὼν οὐκ ἀφίστασο, ἢ μεθίστασο, τὴν διαδοχόν σου σελήνην φέρων. καὶ τοῦτο ἐγὼ βλέπων ἐλογιζόμην, ὅταν καὶ γίγαντα καὶ νυμφίον ἐκ τοῦ παστοῦ ἐξερχόμενον ὁ μελῳδὸς Δαυὶδ σε προανεφώνησε. προεῖδε γάρ σε κἀκεῖνος τοῦ παμφαοῦς ἐκείνου ναοῦ ἐρῶντα, καὶ ἐπῇδέ σοι ταῦτα. καὶ νῦν τοῦ-

τον οὐκ ἐκτράπῃς πίπτοντα, δι' ὃν ᾖς μείζων, δι' ὃν ἐνδοξότερος, δι' ὃν φαιδρότερος ἔσῃ. καὶ σὺ πάντως εὐδόξαστος ταπεινωθήσῃ μικρὸν καὶ στυγνάσεις ἐπὶ τῷ πτώματι, ἵνα μάθῃς ἀλλοιωτὸς αὐτὸς καὶ τρεπτὸς γεγονὼς καὶ φθορᾷ ὑποκείμενος. οὗτος δὲ εἰ μὲν ἀναστήσεται ἢ συντελεσθήσεται καὶ καλλωπισθήσεται, οὐκ ἐμὸν εἰδέναι· τὸ δὲ ἐμὸν εἰ ἐπιβιώσω, εἰ εἰσέλθω, εἰ εἴδω, εἰ προσκυνήσω, εἰ θεοκλυτήσω, θεοῦ ἄρα τοῦτο, κἀκεῖνο εἰδότος. ALL.

p. 197 v. 21. ἐπεὶ δὲ ἔδει καὶ τὸν πατριάρχην ἐντὸς γενέσθαι] Gregoras lib. 4 p. 88 16. ALL.

p. 198 v. 23. ἤδη γὰρ μεσημβρινὰς] Pachymerius p. 161 3. ALL.

INDEX GRAMMATICUS.

INDEX HISTORICUS.

LIPSIAE,
EX OFFICINA B. G. TEUBNERI.

